

UVIA. BHSC. IyR_271

125

271

271

UVA. BHSC. IyR_271

UVA. BHSC. IyR 271

Bendito sea el dulcis nobis
DE IESU

438

334

Es del M^o Cisneros

DE Peralta

229

1

5 4 9

Del Colegio de s^{ta} crux de Alcalá -

ZGOM

Toleti

UVA. BHSC. IyR 271



CSVMMI TEMPLI TOLETANI PER
q̄ graphica descriptio; Blasio Ortizio iu-
ris pontificij doctore eiusdē tēpli canonis-
co Toletanęq̄ diocesis vicario generali
autore.

Anno. 1549.



Ortius Doctor Blasius⁺ Villa-Robledo natus
Canonicus Toletanus, Inquisitor Valen-
nus anno 1540. postea Archiepiscopi
Toletani Vicarius Generalis, qui prius
Collega amplissimi Collegii Sanctae Crucis
Pinciana, ac postea Referendarius fuit
Adrianum VI. Pontificis Maximi.
Videsis sector, hoc Doct. Ortiz elogium
apud Ludov. Laxamo de Orig. Offic. S. In-
quisit. lib. 2. cap. 9. num. 6. fol. 189.

CALPHONSVS CEDILLIVS SAN
 Etæ ecclesiæ Toletanæ portionarius Tole
 taniqz gymnasij in arte grāmatica
 et rhetorica professor pio lec
 tori jalutem.



XANTIQVA NIMI
 rum consuetudine, cādide ac
 pie lector in ipso statim libro
 rum ferme omnium frontispi
 cio exhortatoria infigi solet
 epistola. Quę multos continuo non oscitan
 ter, sed attente perlegendum alioqui non le
 cturos excitet, inuitet & alliciat. maturo id
 quidem consilio fieri nemo est, qui ambigat.
 Tum præcipue cum ijs de rebus liber scribi
 tur: quæ cōmendatione sic egeant, vt verboz
 rū fuco aut eloquij pigmentis exornari ma
 xime desiderent, non aliter multum placitu
 re. Si vero opus id sit: quod veritatem, cuius
 magna vis est: vnde quaç contineat, & ita,
 iuxta Horatij præceptum: misceat vtile dulz
 ci ut omne ferat punctum: hac ad lectorem
 exhortatione super sederi posset. Vino enim

(quod aiunt) vendibili suspensa edera nihil
opus. Talem(ni fallor)librum hunc is repe-
riet ; qui syncero animo & non liuoris cote
exasperato ipsum euoluerit. Multa quippe
sunt, que eum multis cōtiendant nominibus
lectuq; arguunt perç dignum. Nam præter
autorem ipsum , quem generis antiquitas,
vitę synceritas, iuris pontificij peritia , & la-
bor in rebus quidē serijs indefessus ita plane
extollunt. De ihs potissimum liber agit , quo
rum singula alij sane reperta locis ad veræ
magneç laudis testimoniuū satis superç sus-
ficerent. Quanti ergo putas æstimandū: vbi
ea omnia diuinę dono prouidentię cōiuncta
inueneris? Quę tā dem: Toletum vtiç, ciui
tas toto ferme terrarū orbe memoratissima.
Tagus eam alluens, non a poetis modo , sed
& ab historicis, cosmogtaphisç identidē cei-
lebratus. Et qucd longe prestat , & maxime
mirum est ; celeberrimū & famigeratissimū
sacratiſſime dei matris semperç virginis Ma-
rię tēplum. Misso nunc fluvio ; quem aurea
multum cōtiendant arenæ; quippe quem in-
ter fluuios aurum vehentes Plinius & multi
magni nominis autores iure nominant. De

prima huius inclite vrbis fundatione; quæ lō
 go inter uallo inter alias caput extulit v̄bes;
 & quis prima eius iecerit fundamēta (de quo
 ad huc etiam sub iudice lis est) complura ex
 varijs certe autoribus desumpta satis hic di-
 lucide explicātur. Sed totus fere autor est in
 sanctissimo deiperę virginis templo hoc, ad
 minutissima vſcq; describendo. Vbi ea non si-
 ne magna animi voluptate leges, que non pe-
 regrinis modo; sed multis etiam Toletanis ci-
 uibus parum hactenus fuerūt cognita. Quā
 multa, quam varia, quā memoratu digna in
 hoc licet paruo opere sedulo tamē scripta re-
 peries? Q uis non admirabitur: aut potius ve-
 lut in ecstasim rapietur, ingenti affectus gau-
 dio diuinum ſūmeq; admirādum dei matri
 semperq; virginis descensum legens; cū ipsa
 virgo sanctorum lōge omnium sanctissima,
 ex supremo cœlorum culmine choris cōmis-
 tata cœlestibus olim descendit; vt hanc dica-
 tā ſibi ædē viſeret, beatūq; Ilefonſum veste
 de celi theſauris allata virgineis ſuis ipsa ma-
 nibus exornaret. Bone deus, quantū te oble-
 citabit vera officij Mozarabi appellati: quod
 in hac potiſſimū ecclesia recolitur, descripta

pulcherrime origo . Et ne ,quę in libro sine
multo quidē negotio legenda tibi sunt , pre-
dicere videar : vitio enī id fortasse daretur , cæ-
tera nō in amena tacitus preteribo . Quæres
autē quid autorem virū bonum iuxta ac pru-
dentem ac circumspectum ad præsens qdēdū
opus impulerit : Ea profecto causa , ut Phili-
po inter terræ principes longe maximo , ali-
quod in hac re prestaret obsequium . quippe
quem singula cognitu dignissima : quę in hac
sunt ecclesia : cognoscendi audiū non ignora-
bat . Atq; vt iam hinc nota essent , quæ lōgore
tro seculis in hac ecclesia omniū ferme q;s ha-
bet orbis celeberrima , diu multos latuerūt .
Percūtaberis credo etiā de operis styllo atq;
elegantia . Multa sane sese offerent elegāter
& perq; venuste ascripta : multa alio loquēdi
genere : vbi non tam in dicēdo lepos , q; in do-
cēdo veritas exquiritur . Ibi enim melius ipsa
loquitur res quā hominum prædicatio . Nō
nunq; similia , nōnunquā eadem verba subin-
de repetita (id quod s̄epe hic vſu venit) elo-
qui venustatem admittere abnegant . Mani-
lium imitari visus est autor : qui de astrono-
mia locuturus dixit , Ornari res ipsa negat

cōtēta doceri. Vel Pōponiū Melā ita scribē
rē; impeditū op⁹ et facūdīe minime capax. In
hoc ita q̄ libello varia cū sint , velut in hortis
poma , decerp̄at sibi quisq; quod cōmodum
fuerit. Et boni cōsulat quod pius & honestus
autoris labor eis dūtaxat offert , quib⁹ men
tis oculi nō sunt liuore & odio vitiati. Cete
rū , cū opera ab his , quib⁹ dicata sunt: pondus
estimationē : atq; autoritatē capere interdū
soleāt , vt experīētia & Plini⁹ etiā cōstat testi
monio nō inscite ī ipsa naturalis historię præ
factione ita dicentis. Multa valde p̄tiosa ideo
vidētur quia sunt tēplis dīcata. Quid iā hic li
ber non sibi tuto polliceri poterit fælicissimo
Philippi auspicio principis eximij & omnib⁹
numeris absoluti in lucē prodiēs? Quēvt ma
ximū si ditionis āplitudinē expectes , ita opti
mū appellare poteris: si Cesareas ei⁹ virtutes
vereq; ch̄ianas aio cōtēplere. Demēs ego ; q
tāra ingenij & ligue inopia aliud p̄sertī agēs
illi⁹ laudē ineo: ad quā vel Liui⁹ aut facūdissi
m⁹ quisq; orator lōge esset īpar. Auspicatissi
mo igit̄ p̄cipis oī ex parte laudabilis fauore
p̄deat iā liber; spretis inde inuidorū morsib⁹
optima queq; dilacerare solitis. Vale ī Ch̄o.

Ad lectorem tetra stichon.

Facundo plures celebrarunt ore Toleti
Aerias turres: auriferūq; Tagum.
Ast huius templū quo non augustius vllū;
Nunc primū celebrat gēmeus iste liber.

Aliud.

Attonitus quicūq; legis fastigia tēpli;
Ingentes aras, emula tecta polo.
Desine mirari, superat q; maxima virgo
Consecrat plantis hæc pauimenta suis.

Templū Toletanū ad spectatorem.

Non q; sīm nitidū, fulgēs, sublīme, superbū,
Excultū, pictū, marmora pulchra gerēs;
Esse tibi tantī cupio, quē picta retardant.
Quod fuit hic virgo, laurea tota mea est.

Non visa est vsq; similis tibi machina tēpli,
Non similis visa vrbs, nō similis fluvius.

CAD SERENISSIMVM HISPANIA
 rum p̄cipem Philippum Caroli. v. Aug. filiū.
 Blasij Ortizij jur. pont. doctoris templi Tolera
 ni canonici: generalisq; vicarij: in descriptionē
 summi maximiq; templi Toletani a se æditam
 præfatio.



INTER LAVDES CELSI
 studinis tuę preclaras; maxime
 principum , puriore luce tāq;
 aliquid sydus irradiat; q; amo
 e fidei ecclesiasticam reueren
 tiam conseruas; cuius defensores sunt princi
 pes & reges(vt sacri canones Isidoro autore
 testantur)c. principes. 23. q. 5. Principes s̄cūs
 li nōnunq; intra ecclesiam potestatis adeptę
 culmina tenent, vt per eandē potestatē disci
 plinam ecclesiasticam muniānt. Quod opti
 me in genitore tuo semper Augusto conspi
 cim⁹, qui pro fide ecclesiæ tot pericula: totq;
 indefessos labores sustinuit , & ad huc susti
 net. Ipse vero iure sanguinis eidem ecclesiæ
 etiam(vt omnibus constat) cuncta tradis: sū
 mitis: & dedis. Verum cum nihil sit: quod lu
 mine clariori presulgeat, q; recta fides in pri

cipe, nihilq; quod ita nequeat casu labefacta
ri, q; vera religio, ad eas capessendas ac custo-
diendas istum animum regium ab ineunte etate
te inclinasti. Cesaribus enim virtus contingit
ante diem. Nam cum autorē vite vtraq; res-
piciat, recte tenebras respuit, & nescit subia-
cere defectui. Quamobrē; gloriosissime prin-
ceps, votis omnib⁹ respública christiana, Ibe-
rica præcipue nostra diuinam potentiam in-
terpellat, ut ipsa pietatem tuam in hoc ardo-
re fidei in hac deuotione mentis, in hoc inten-
gro religionis studio, sine labe in longiora tē-
pora cōseruet, & augeat Fides quippe & re-
ligio cōfirmant imperiū, & regna custodiūt,
& in sublime rerū fastigium prouehunt, gra-
taq; sibi tranquillitate conseruant. l. inter cla-
ras. C. de sum. trini. & fide catho. Scriptum
est enim cum rex iustus federit supra sedem;
non aduersabitur ei quidquam malignum.
Atq; voce prophetica proclamatur; iucunde-
tur sibi, & abundet cœlum desuper; et effun-
dant mōtes iucunditatem, & colles letitia læ-
tabunt. in l. liquet. C. de sum. trin. & fide ca-
tho. Que quidem benedictiones iustis prin-
cipibus non deerūt, quandoquidem diuini

tūs prophētē eas promulgarunt. & vates re-
 gius in psalmo. 71 orando cum clamore sup-
 plicat, deus iudicium tuum regi da, & iustis-
 tiā tuā filio regis digna prophētē depre-
 catio, quia cor regis ī manu dei est, & ubi vo-
 luerit, inclinabit illud, & alibi psalmo. 98. ho-
 nor regis iudicium dilit. Perpendens itaq;
 inclyte princeps, fidem & religionem paren-
 tib⁹, auis atq; proauis quasi naturale semi-
 narium insitas, in te iure legitimo successorē
 transfusas coruscare; attendens præterea so-
 lertiam, qua cuncta huius sacrosanctę eccle-
 siæ Toletanę non vulgari deuotione īuesti-
 gaueris: lingua audaci loquendi auida, & si den
 sub duplice custodia natura inclusa, huius ce-
 leberrimi templi excellentiam propalare co-
 natus sum. At in rebus magnis animus terro-
 re concutitur, atq; in magno positus lubrico
 pertimescit, audacie temeritati ve imputan-
 dum formidans, eo maxime q; materia per-
 tractanda sublimis sit, atq; illustris, virumq;
 omnigena refertissimum doctrina requirēs,
 nimirum cum de tam insignis templi ampli-
 tudine sit agēdum, atq; maximo principi di-
 candum opus. Cuius grauitas & maiestas

non tam exigue eruditio[n]is hominem mo-
do , sed Mercurium ipsum trimegistum &
Demosthenē deterreret. Nec me latet incly-
te principis , quam arduum sit ac difficile , do-
mum quantumlibet paruam , nedum hāc sa-
cro[s]anctam basilicam tot sacella atq[ue] lati-
bula suo ambitu continētem , describere. Ce-
terum cum aliunde animo meo subiret hu-
manitas tua , qua omnium subditorum vo-
ta confoues , libuit nōnulla , ex multis huius
almæ ecclesiæ Toletanæ scitu dignis , tenui
(quod aiunt) calamo prælibare , vt tanq[ue] per
transennam , magnificētiā eius singularem
(princeps fœlicissime) tua celsitudo perpen-
dere valeat , quandoquidem singula huius
sacré ædis ornamenta ob paruam morā , bre-
uemq[ue] hinc recessum tibi lustrare non licuit.
Non autem omnes symmetrias proportio-
nesq[ue] ædificij prosequar , quoniā hoc prope
infiniti esset operis absolutissimumq[ue] deside-
rat archiectum , quod a melonge abest , nec
tamen omnem cōmensum deserā , sed illum
tantū exponā , qui venustati enucleandę de-
seruit; ita ut historicam poti⁹ descripciónem ,
quam architectorum redoleat stilus . Nec

pigeat obsecro tuam celsitudinem ealegere;
 que si Scytha aut Gangeticus quispiam de
 templo in extrema mudi plaga posito narra-
 ret, mira quadam admiratione audiremus.
Adsit deipera virgo meis coeptis / quæ tem-
 plum sibi hoc sua presentia consecrauit, men-
 tem & calatum dirigens, ut in eius honorē
 hoc opusculum prodeat, quod tuę celsitudi-
 ni supplex offero, ac ut renidenti vultu susci-
 pias, si licet, efflagitanter exposco. Tracta-
 turo tamen de huius sacrę basilice maiestate;
 nō ab revisum est, nōnulla perstringere de-
 ter situ & fundatione istius urbis regie, ubi tem-
 plū hoc sacrosanctum locatur, de qua si plus
 ra dicerem, semper mihi videretur, eius sin-
 gularem amplitudinem & magnificentiam
 toto orbe terrarum notissimam attenuare.
 Sed ut propositis satissimam, concessa mihi
 per te glorioissime princeps facultate, cum
 firmissima tua protectione & fauore rem ipa-
 sam aggrediar.

DE ORIGINE AC FUNDATIONE Toleti & eius libertate ac temperamento.

Cap. i.

TOLETŪ CIUITAS HISPANIĘ, IN REGIONE CAR-
PETANA ADMODUM FERACI, SITU NATURA MU-
NITISSIMO, IN ALTO ATQ; PETROSO LOCO, AMBULAS-
TUQ; DIFFICILI, QUINTI CLIMATIS PARTICEPS EST.
DISTATQ; AB EQUINOITALI LINEA GRADUS. 41. PRÆ
DOMINANTUR IN EA SIGNUM VIRGO & PLANETA
MERCURIUS. HUIUS VRBIS TRES FERME PARTES
TAGUS PER ORBEM CELEBRATISSIMUS AMNIS CIN-
GIT, ET INTER SAXOSA STRICTAÇ; LOCA DEFUĒS; SUO
RAPIDO IMPETU, ARENIS AUREIS, NITIDISSIMA, &
SALUBRI AQUA, & PER EXTERAS ETIAM PROUINCIAS
ADMODUM FAMIGERATA, VRBEM LĒTIFICAT, RELIZ
QUA VERO PARS, QUĘ SEPTĒTRIONEM RESPICIT, DU-
PLICI MULO, MULTIS TURRIBUS & PROPUGNACU-
LIS AB INCURSIONIBUS HOSTIUM MUNITUR. TAG,
QUIDEM TOLETUM FŒLICEM & OPULENTAM FA-
CIT: HORTOS IRRIGAT. VTRAQ; FLUMINIS RIPA, SU-
PERNA AD ORIENTEM HORTIS & ARBORIB; AD LEU-
CĀ: (VT NOSTRO IDIOTISMO Vtar) INFERRA AUTEM
TANTUNDEM VRBEM AMENIORĒ REDDIT. AD ME-
RIDIEM & AQUILONEM; PRÆTER MULTAS VINEAS
ARBORESC; DIUERSAS, SUNT AMYGDALETA, QUĘ VE-
LUT NEMORA IUCUNDISSIMA CONSPICIUNTUR. TO-
LETUM CETERIS HISPANIARŪ VRBIBUS ILLUSTRIOR:
QUE TOTIUS HISPANIĘ INTIMA AC MEDITERRANEA

ingeniorum acutine, bonarū litterarum studijs & armorum virtute genuina, valde polens soli cœlicq; serenitate atq; temperamento cunctas Ibericas provincias precellit. Vberima omnis generis fructibus, arboribusq;, vino præterea, oleo, tritico, pecoribus armatis, alijs q; id genus multis abundas. Toletū enim e Græco nomine proliethron, quod oppidum urbemq; significat deductū esse coniicio, & merito antonomastice ab Achius appellata est vrbs. Cuius quidem ciuitatis cum ter Liuius mentionem fecerit, quantæ estimationis priscis temporibus fuerit, postea estimandum reliquit. In quinto enī quatræ decadis libro, Toletū (inquit) ibi, id est apud Tagum parua vrbs, sed loco munita; deq; eius expugnatione ut de re magna ante dixerat. Maiores res gestæ a M. Fulvio, is apud Toletum oppidum. &c. Et in nono deinde eiusdē belli Macedonici sic ait; haud procul Hippone & Toleto vrbib⁹, inter palatores pugna orta est, quibus dum vtriaq; subuenitur, a castris paulatim omnes copie in aciem eductæ sunt, in eo tumultuario certamine duo exercitus Romanifusi, atq;

in castra compulsi sunt, non institere perculsis hostes. Quæ si quis penitus inspiciat, nō virium diffidentia, sed nimia securitate sui, quæ inexpugnabilibus locis est inuidiosissimæ lues, expugnatam esse comperiet. De fundatione tamen huius imperialis urbis historiæ certat, & adhuc sub iudice lis est. Nam D. Rodericus archiepiscopus Toletanus nō luhricę fidei autor chronicorū lib. i. cap. 3. Toselemon (inquit) & Brutus duo consules considerunt Toletum, centum & octo annis ante Iulius Cesar regnare cepisset, tempore Ptolomei Euergetę regis Aegypti. Hęc ille. Quod etymologię nominis consonum est. Toletum namq; a nominibus autorum vis detur componi, constareq; ex prima & secunda syllabis Tolemonis ac finali syllaba Brutti. Necq; hoc nouum est, legimus enim multas vrbes nomina a suis conditoribus accessisse, sicut ex Tyrijs & Ausonijs Tyrasonā idem Rodericus testatur lib. i. cap. 5. et Pamiloniam a Pompeio, ac Cesaraugustā a Cæsare Augusto conditas refert episcopus Gerundensis lib. v. cap. de Tarracona vrbe. Cui Didacus de Valera rerum Hispaniarū chro nistes.

nistes par. 2. cap. 5. videtur assentiri in histo-
ria quam composuit iussu regine Elisabeth
reginarum fœlicissime tuæ (inquam) pro-
uię serenissime princeps. Vbi post longā dis-
quisitionem concludit, a Romanis cōditam.
Bona tamen Hispaniarum pars huius vrbis
fundationem Herculi Lybio post interfe-
ctum Geryonem intimam Hispaniam pera-
grati adscribit. Quod comprobare videtur;
Herculeū antrum subtus ecclesia sancti Ge-
nesij, in hac regia vrbē structū, nam si vrbis
esset condita prius, nullatenus illud vir stre-
nuus Hercules inhabitasset. At Lucius Ma-
rinetus Siculus historiographus regi⁹ in ope-
re de rebus Hispaniæ memorabilib⁹ lib. 2. fa-
bulis hoc asserbit, quipotius sententię do-
mini Roderici inheret in hec verba. Cæterū
de conditore Toleti affirmare certi nihil pos-
sum. Tamet si ncn desunt, qui ab Hercule
fuisse conditam fabulantur. Quorum sente-
tia quoniam sine teste loquuntur, mihi cer-
te non satisfacit. Cum præsertim librum lege-
rim antiquissimum, sed sine principio, & si-
ne nomine eius, qui scripserat, in quo mihi
multa vera esse videbantur, vbi Toletum a-

b

Ptolomeo & Bruto conditam fuisse, scriptū
erat, sed a quo Ptolomeo et a quo Bruto nō
declarauit. Est autem Toleatum edificiū anti-
quum, de qua Plinius & alij scriptores me-
minerunt. Vbi fuit olim magnum thicatrum
extra muros ad partē septentrionalē. Quod
etiam nūc & si dirutum, & quasi complana-
tum est, eius tamen vestigia formaq; cernun-
tur. Quod opus Romanī magis quam aliæ
gentes facere consueuerant. Huic Lucij Ma-
rinei Siculi opinioni accedit id, quod refere
episcopus Gerundensis in paralipomenone
Hispanię lib. 5. cap. de Tarracona vrbe, &
alijs vrbib; in Hispania a Romanis condit
is (inquietus) Brutus insuper cognominat⁹
Galleucus, qui cum obtenta Gallecia, diutius
cum Lusitanis pugnasset, illosq; viciisset; To-
letum vrbem ex natura loci munitissimam
in presidium Lusitanorum cōstruxit. Que
cum ab initio parua vrbis fuisset, Gothorū
tempore tanta effecta est, ut in metropolim
creata sit, suppressa metropoli Cartaginēsi;
sub qua erat, vt ex conciliorum libro cōstat.
hec Gerundensis. Alij Prolemitum quendā
magice artis peritissimum, & inter Hispanie

proceres longe præstantem Toletum edifi-
 cassé commemorant. Nec existimandum Al-
 monides Toleti urbem fundasse, quod non
 nuli affirmant. Cum de eorum in Hispanias
 aduentu ambigatur. Immo Antoni⁹ Nebri-
 sensis Almonides in Hispaniam venisse ne-
 gat in chronicis catholicorum regum, inope-
 ris exordio, his verbis. Illud preterea, quod
 in historia, quam vocant generalē, vulgo le-
 gitur venisse in Hispaniam nescio quos Al-
 monides, nemo arbitror dicet mihi, qui sine
 illi, aut quidegerint, aut quo postea cōcesser-
 int quin potius ausim affirmare, nunquam
 fuisse tale genus hominum, sed totum fuisse
 confictum ab aliquo fabularum concinato-
 re. Nisi forte quispiam velit dicere sumptum
 esse illud ex Ouidio, qui in quintodecimo
 transmutationum volumine scribit, Micilū
 Alemanidem ex Græcia in Italiam penetrasse;
 ibiç Crotonem urbem cōdidisse, licereç hi-
 storico atç poetę vndecunç, accepta mate-
 riā suū opus contexere, hec Nebrisensis. Ale-
 monides tamen in Hispaniam venisse refert
 Alphonsns de cartagena episcopus Burgen-
 sis in regum Hispanorum, imperatorum, sc̄

morū pontificū, nec non regum Francorū
anacephaleosi, cap. iiij. Post hēc (inquit) gen-
tes quēdā extraneæ, quē Almonici vocabā-
tur, Hispaniam intrantes Grēcos expulerūt
& regnarunt in ea quadraginta ānis. Demū
exercitus multi ab Alemania & insulis adia-
centibus Hispaniam inundātes; Almonizis
expulsis, apud Hispanos longis temporib⁹
regnarunt. Et collector conciliorum in exor-
dio prīmi conciliij toletani verba, quē sequū-
tur; de Toletana vrbe scribit. Hui⁹ vrbis im-
perialis meminit Ptolemeus li. 2. cap. 6. titu-
laria Tarragonensis situs. Vbi dicit, iterum austra-
liores vacceis, & Areuacibus sunt Carpeta-
ni, quorum ciuitates Ilurbida Toletum, Cō-
plutum. Et Plinius lib. 3. cap. 3. tit. Hispania
citerior ait, caputq; Celtiberia Segobrigen-
ses, Carpetani, & Toletani Tago flumini im-
positi. Atq; Antoninus in itinerario, titulo;
alio itinere ab Emerita Cesaraugustam &
Augustobricam, Tolerum, Vitultiam. Et
iterum tit. iter alimio Toletum, &c, hēc ille.
Ceterum cum varie sint de huius regi⁹ vrbis
fundatione opiniones, crediderim ppter ve-
tustatem obliteratā ac Toletanę ciuitatis ani-

tiquitatem, ex qua magna vrbibus oris laus eius conditorē adhuc in tenebris delitescere.

CDE EXORDIO CHRISTIANAE
*religionis in ecclesia Toletana per diū Eu
 geniū eius primū pontificē. Cap. iij.*

In dictę ciuitatis Toletanę fere vmbilico
 Ingens ac celeberrimum toto q̄ orbe ter-
 rarum notissimum templum eam nobilitans
 ac illuistrans, deo optimo maximo deipere q̄
 virginī dicatum extat, quod omnes alias
 ēdes sacras & forma conspicua & magnifi-
 cis ēdificijs antecedit, in quo memorabiliaq̄
 plurima conspicuntur. Quis eius prima
 fundamenta iecerit, nō minus latet q̄ vrbis,
 illud tamen in aperto est: sanctum Eugeniu
 primum antistitē discipulum magni Dionī
 sij ante alios verbum domini seminasse, iecis
 seq̄ nostrę religionis exordia in hac alma ec-
 clesia, eamq̄ ab illa tempestate in diuino cul-
 tu perseuerasse, pie creditur, usq̄ ad infoceli-
 cissima tempora Roderici Gothorum regis:
 cum pene tota Hispania venit in ditionem
Sarracenorum. Qui tandem Alfonso regi
 b iij

Exto ea lege vt illis impune liceret Mahometum (quem ipsi Muhamedem vocat) venerari in hac sacra basilica quam ipsi violantes mezquitam fecerant, se ciuitatemq; hanc dederunt, in die sancti Urbani octauo. Kl. Junij era, vt in chronico Alphonsi regis cognomine sapientis habetur. 1125. Didacus tamen Valera in. 4. parte historie cap. 54. & 65. & 66. inquit captam Toletum anno domini 1062. inscriptio vero posita in pariete septentrionali capituli huius templi habet Toletum cultui christiano redditam era. 1101. Dominus tamen Rodericus lib. 6. cap. 23. dicit captam Toletum era. 1133. & rursus idem Rodericus in Chronico antiquo manu scripto in bibliotheca eiusdem ecclesie reposito in eodem capite asseuerat. Toletum sub imperio Alfosi venisse era. 1123. Ex supradictis ad huc non constat quo anno Toletum in dictio nem Alfonsi redacta sit, cum in tempore historici valde dissentiant, nam in historia regis Alfosi (que sapientē appellat) habet. Toletum captā æra 1125. s. anno dñi. 1087. Didacus de Valera affirmat anno 1062. inscriptio capituli era. 1101. & dominus Rodericus diuersimo

de scribit. Quorum varietas potius vitio ac depravationi scriptorum ac impressorum imputanda est, quam veritati autorum. Hoc gloriosissime princeps volui intexere, ut tua celsitudine perpendere valeat, quā difficile sit rerū antiquarum veritatem elicere. Et profecto dolendum est: eorumque non multis rei temporibus in hac regia vrbe absq; duob; contigerunt: annū , in quo obuenerint, penitus ignorari. Quum enim historias multas, quibus eorum temporum facta memoriā euoluerim, neq; eas modo, sed nonnulla etiā eiusdem Alphonsi regis sexti, qui Toletanam ciuitatem cepit, priuilegia eiusdem urbis ciuib; irrogata, annum capte vrbis inquirens, nihil sane certe, quin potius repugnantiam inter ipsa historicorū monumenta non mediocreni, potui inuenire.

CDE AERA CAESARIS ET EIVS
supputatione digressio. Cap. iij.

b iiiij

Quoniam vero in ære Cæsaris metio-
nem incidimus, opere precium me fa-
cturum arbitror, si rem vulgo quidem cele-
bre magis quam cognitam; paucis explicauero.
Fuit igitur Hispanis nostris, atque adeo qui-
dem solis Hispanis, ita inde ab ipso Augusti
Cæsaris principatu ad usque Ioannem Castelle
regem huius nominis primū, peculiaris quæ
dam designandorum temporum ratio, ut a trige-
simo octavo ante Christi seruatoris nati-
lem anno initium sumeret supputationis an-
norum; quam eram Cæsaris appellabat. Ita
deptis ex numero annorum ere Cæsaris tri-
ginta octo annis numerus annorum Christi
nati agnoscebatur. Testantur hoc non histo-
riæ modo nostrates quotquot illorum tem-
porum extant, sed concilia leges, prætulegia
monumenta denique omnia; quecumque apud nos
per mille quadrigentos circiter annos (nam tā
diu haec temporum annotandorum consuetu-
do durauit) confecta reperiuntur. In quorū
etiam nonnullis utrūque annorum numerum &
Cæsaris & Christi domini simul annotatum
videre licet: alterum ab altero. Triginta octo
annorum semper inter Iallo distatam. Ut mi-

randum sane sit, quid in mētem venerit Ges-
 rundensi cuidam Antistiti rerum Hispanica-
 rum scriptori recenti, in eo libro cui titulum
 fecit Paralippomenon, asseuerare annum vi-
 gesimum sextum ante natalem domini, cas-
 put & initium annorū erē Cæsaris constituē-
 dum. Fuit ille quidem argumento quodam
 ductus prorsus cōmentitio: quod nec referre
 est animus; nec refellere: vñc p̄ adeo ipsum per
 se ipsum abunde refellitur. Porro quidnā se-
 cuti fuerint vetusti illi Hispani homines, cū
 annorum Cæsaris Augusti notandorum ini-
 tium in illo potissimum anno statuerunt; qui
 ante diem Christi natalem trigesimus octa-
 uis numeratur; id vero est, quod solet a viris
 doctis non immerito dubitari. Nam cū Chri-
 stum dominū nostrum constet quadragesi-
 mo primo iuxta Tertullianū, aut certe iuxta
 vulgatiorem Eusebiū calculum quadragesi-
 mo secundo principatus Augusti Cæsaris an-
 no natum, si ab ipso principatus initio, id est,
 ab inito cum Antonio & Lepido triumira-
 tu, supputationis series repetenda sit; nō iam
 triginta octo, sed quadraginta vno, aut qua-
 draginta duobus annis antiquiore esse, opor-

cebat eram Cæsarī, & erā Christi. Quod si
supputationē ipsam non a triunuiratu (quod
cōmune magis triū & singulare Augusti im-
periū videbatur) sed ab eo potius tēpore or-
diendā dicamus, cū excluso Lepido, deuicto
etiam ad Actiū Antonio, solus Augustus rēp.
tenere cœpit; cū satis cōpertū sit, hoc nō ante
certiū decimum, aut certe (iuxta Eusebium)
quartum decimū principatus ipsius ānū cō-
tigisse, nec hac sane ratione potest illius trige-
simi octauī āni rātio proposito nō cōgruere.
Hanc difficultatē si altius ingredi, exacteque
tractare liberct, longior & pro digressionis
modo nobis oratio nasceret. Quare studioz
sum lectorē satis putamus admonere, legat
attente Plutarchum in Antonio, et Appianū
Alexandrīnū libro quarto & quinto bellorū
civiliū; Dionē præterea lib. 46. &. 48. simul
quoque seriē Cōsulū illius etatis; p chronogra-
phos: in primis per Aurelium Cassiodorum
digestā, teneat: ita cōperiet cū orbis vniuers-
sus fuerit inter triunuiros Augustum; Anto-
nium & Lepidum non semel diuisus. Hispa-
niam nostram in prima quidem partitione,
quiē triunuiratus initio facta est, obtigisse Le-

pido: in postrema vero, quę bellum Perusia-
 num est insecura, Augusto cessisse. Hanc ve-
 ro in eum annum reperiet incidisse, qui con-
 sules habuerit, Cn. Domitium Caluinū. C.
 Asinum Pollionem. Porro horum consulū
 annus, si Cassiodorum cōsulas, per triginta
 octo annos christi natalē pr̄cessit. Nisi q̄ se-
 cundē Tertulliani calculū (qui anno quadra-
 gesimo primo Augusti Christū natū tradit,
 quē recentiorū etiā chronographorū nōnul-
 li sequuntur) vterq; annus tā consulū illo-
 rū, q̄ natalis Christi ī supputationē sumēd⁹
 est. Secūdū vero Eusebiū, Bedā et alios, qui
 quadragesimo secundo Augusti anno diem
 Christi natalē collocant: alterum illorum
 annorum extra ipsum triginta octo annorū
 numerum relinquere oportet. Duplicē hanc
 dinumerationis formā vulgus inclusuam et
 exclusuam nominat, quarū vtracq; frequens
 est apud supputatores. Cum igitur in trige-
 simum octauū ante Christi natalem annum
 partitio illa triuñiorum inciderit: non ab
 re maiores nostri principi suo blandientes,
 initiū supputationis temporū inde sumendū
 esse, publico consilio statuerūt: cū Hispania

illum pro suo cœpit monarcha venerari. Id quod ab Aegyptijs paucos post annos factum legimus, cum Antonio & Cleopatra sublatis, in ipsius Augusti ditionem venerunt. Ab eo si quidē anno cœperunt & illi rationē temporū suorū designare. Atq; hęc quidē de re ipsa attigisse sufficiat: nunc de voce pauca dicemus. Aerę vocabulū ab ἐre, id est tributo, quod scilicet fuerit ab Augusto id temporis obi imperatū, deduci voluit diu⁹ Isidur⁹ His palensis magnus sane autor: atq; illum hac in re vulgus sequitur scriptorū. Sed hanc sententiā, vt multis quidē persuasam, ita a viris doctis fere īā explosam video: totā hanc tributi mentionē tāq; nullo idoneo autore fultā, tum etiā āno illi; de quo agitur, neuti⁹ cōgruētē īanē prorsus esse contendentibus: idq; multis quidē rationibus; quas īpresentiarū persequi, breuitas instituta non sinit. Sunt rurs⁹ qui ab ἐrea tabula, in qua Augustus (autore Macrobio libro Saturnaliū primo) āni a se correcti ordinē incidēdū curarit, erā appella tam censem. Sed quid, queso, facit fastorum correctio; dierūq; āni ad solis cursū accōmodatio (quod vñ tunc Augustus agebat) ad

supputā dorū tēporū initiū in illo trigesimo
 octauo ante Christi natalē anno potissimum
 constituendum, nisi hanc correctionē in ipm
 eundē annū appareat incidisse. At qui eā quis-
 dē correctionē fatis cōstat nō illo āno, sed de
 inde post vigīti sex (ut minimū) ānos ab Au-
 gusto factam. Nēpe postq; Lepido mortuo
 (quod Trāquillus restatur) Pontificatū ille
 maximū adeptus est. Quē magistratū vnde
 cimo āno ante Christū natū eidē delatū, Eu-
 sebius autor est in chronicis. Quare nō plu-
 rib; qdē qvndecim ānis oportebat erā ch̄ri
 ab era Cesariſ ſupari, ſi rō ei⁹ effet ab illa cor-
 rectione ſumēda. Verū vt ad id, quod veresi-
 milius videtur, tādem accedam⁹, cū ex No-
 nio Marcello grauiſſimo haud dubie latini-
 tatis autore liquido conſtet, eram vocē lati-
 nā esse, que numeri notā designet, accedente
 etiā Lucilij (que ille aduocat) testimonio, cū
 ait, hec est ratio: peruersa era numeri & sub-
 ducta improbe: nō est profecto, q; absurdū
 cuipiā videri debeat; ſi numeri ānorū ſiue Ce-
 ſariſ ſiue Ch̄ri dñi ānotatio æra dicat. Admo-
 nuit hoc Hermolaus Barbarus vir vndecūq;
 doctiſſimus, in annotationib; Plinianis: ni-

si q̄ adiungit, q̄e vocabulo veteres Astrologos Ptolem̄ū. Theonē, ceteros v̄sos fuisse p̄ initio, a quo supputatiōes incipiūt. Qua in refalsus est prorsus Hermolaus. Nec enī Ptolem̄ū aliū ve quēpiā ex Græcis scripto ribus eiusmodi vocē legimus v̄surpassē. Sed ab Hispanis astrologis, in primis vero inclito illo Regenostro Alfonso in libro; quē scripsit Astrologicarū tabularū Hispano videlicet more inducta, ab alijs deinde recentioribus ex horū imitatiōe recepta est. Aera ergo tātūdē est, quod numer⁹; nō ā norū modo sed cuiusuis rei; quod testātur etiā prisq̄e illę leges nřæ Gothicæ, eius codicis; quē dicūt fuerō vulgo. Vbi libro secūdo, titulo secūdo, lege quarta sic legitur. Deue rescebir la pena q̄ es cōtenida en la ley del sexto libro en el primer titolo, en la era segūda. Rursus libro sexto, titulo secundo, lege tertia sic habetur. Faga la emienda q̄ dize en este sexto libro en la ley q̄ es en el segundo titol, en la era primera. Quin et Isidorus ip̄e cuius supra meminim⁹ initio libri conciliorū, vbi de ordine celebrā dicitur Cōcilij differit, diaconus (inquit) alba indutus codicem cānonū in medio proferens

capitula de concilijs agendis pronunciet, id
 est, de concilio Toletano tertio, era. i8. Itē
 ex cōcilio Toletano quarto era tertia. Itē ex
 capitulis orientaliū partiū, q̄ Martinus epis-
 copus de grēco in latinū vertit, era. xvij; &c.
 Ceterū quod in quibusdā Leonis primi pō-
 tificis Max. epistolis ex Badij Ascēsij impres-
 sione editis era annorū in calce ad scripta le-
 git, quę videri possit Cesaris Augusti esse,
 non est; q̄ propterea arbitremur, hanc anno
 rum supputationem Romanis eo tēpore in
 usu fuisse. Nā eam quidē nō autoris epistole
 notationem, sed studiosi cuiuspiam lectoris
 addictionem esse, qui ex solo cōsulatu in epi-
 stola adscripto annorum numerum annota-
 rit, vel ex eo probari potest, q̄ in quibusdā
 epistolis hoc solū in fine adscriptum legitur.
 Aera qua supra, id est, era superioris episto-
 læ. Quę sane verba lectoris cuiuspiam esse,
 potius q̄ authoris epistole, nemo non videt.
 Hoc visum est obiter de erē ratione atq̄ vo-
 cabulo attingere, non iniucundam fore pu-
 cas studioſo lectori eiusmodi digressionem.
 Quare iam ad institutum argumentum no-
 stra vertatur oratio.

DE CREATIONE BERNARDI PRI
mi archiepiscopi, post Toletum cultui christia
no redditam; atqz consecratione & dedicatione
præterea primatu ac dominio huius sacri tēpli.
Cap. iiiij.

Poste a cibz Alfonsus rex Fernandi magni
filius diuina benignitate Toletanam vr
bem ab arabibus eripuit, primus archiepis
copus, quem ecclesia Toletana suscepit, fuit
abbas Bernardus. Qui paucis diebus lapsis
post eius electionem reginæ Constantiæ mo
nitis, eius marito Alfonso rege absente, con
tra ipsius Alfonsi iusurandum, inuitis Sar
racenis, pactionibus ruptis, vocatis militibz
christianis, maiorem Mezquitam ingressus
est; ac Mahometicis superstitionibz rejectis
in ea altaria fidei christiane & in maiorि tur
ri cymbala ad conuocationem fidelium col
locauit. Ut refert Roder. lib. 6, cap. 25. Quo
ita facto Bernardus electus conspectui Ro
mani pontificis se presentauit, a quo obtēto
pallio & consecratione & primas ab eo His
paniarum institutus in Iberiā rediit. Sed ro
gabit aliquis, quo nam modo Hispaniarum

primatus ad ecclesiā Toletanam pertineat.
 Sane non temere, sed iure & ratione necnon
 autoritate. Iure enim, vt in cap. cum lōge, 63.
 dist, vbi ad presulem Toletanum omnes pro
 uisiones prælatorum vtriusq; Hispanie spez
 etare comprobatur. Et supposito de iure pri
 matiam ecelesiæ Toletanę cessisse: non ex eo;
 q; Barbari eam occuparūt, ius primatię amī
 sit; immo dei misericordia christiane religio
 ni restituta iure postliminij in pristinum redi
 ditur statum, vt in cap. pri. actione, 16. q. 4. et
 leg. in bello, ff. de captiuis & postliminiū re
 tenuersis. Ratione, qm̄ Toletum totius Hispani
 ae cum velut quendam umbilicum referat,
 prouinciales ad primatem non magno dispē
 dio pro negocjs gerendis peruenire valent:
 p̄cipue cū iure caueat, ne episcopales sedes
 longo inter se interualo distent vt in cap. fin.
 80. dist. Autoritate, nō cuiuspiam, sed illius
 magni speculatoris iuris consultorū sui tem
 poris facile principis: qui cum de primatib;
 tractaret sub titul. de dispensatione. §. sunt
 quoq; de Toletano primatu meminit. Quid
 multis moror: ecclesia Toletana diuino ma
 ximeq; admirando beatissimę virginis Ma-

riæ consecratæ descensu; post habitu; quæ in
controversiam poterant insurgere, primatiā
iure optimo sibi vendicauit. Hęc de primas
tia. Anno autem tertio ab urbe accepta con-
uocatis episcopis per D. Bernardum alma ec-
clesia Toletana, ut in lectionibus dedicatio-
nis eiusdem habetur, fuit consecrata in festo
diuorum Crispini & Crispiniani martyrum
octauo. K. P. Nouembris, atq; dedicata prout
D. Roder. refert lib. 6. cap. 26. in honorem bea-
te Marię semper virginis, ac beatorum apo-
stolorum Petri & Pauli & sancte crucis, nec
non diui Stephani protomartyris. Eo tempo-
re, ut Roder. lib. 6. cap. 27. autor est. Vrbani
papa secundus dolore motus, eo q; ab Aga-
renis Hierosolimitana vrbs tenebatur, ver-
bum crucis ipse met cepit omnibus predica-
re. Eius indulgentiæ primas Bernardus pro-
uocatus de clericis indigenis ecclesiam Tole-
tanā ordinauit: assumptisq; ad viam necessa-
rijs crucis signaculo insignitus a propria se-
de recessit volens cum exercitu in Syriā trās-
fretare (quemadmodum ea etate crucis signa-
ti in subsidium terre sancte facere consueuer-
ant, ut in cap. q; super his de voto). Cumq;

Lahitru. anna d^o demand. notizie prima d^o
Vden Dienst hofstaat. BHYC. TYR 271
f. 198 299. - C. 143

vix esset tribus dietis a propria ciuitate elongatus, clerici, quos in ecclesia instituerat, stulti dixerunt ad iniicem primatem suum nunc deinceps reuersurum, vnde spiritu malignitatis & insipientie inflammati alium electione indebita subrogarunt, & primatis domesticos eiecerunt, qui gradu concito dominum consequentes prout faciūm fuerat nunciabantur. Quod licet videatur perperā & inique gestum, canonicos priuassē præsulatu pastorem, atq; alterū sibi suffecisse; duabus tamen de causis obuenisse arbitror, quæ nostrates a præsulis sui proditione vindicant. Prima, qm externi (Bernardus enī natione Gallus erat) secundum iuris dispositionem alijs non poterant prefici ecclesijs ut in cap. nullus .16. dist. vbi darur clericis facultas renitendi, si viderint se prelato alienigena prægrauari, & quem sibi ingeri ex transuerso viderint, non timeat refutare, verba sunt tex. Secunda, quo niam Galli & Hispani moribus discrepant, neq; vñq; bene inter illos conuenit, et consuetudo eorum inter quos viuitur seruada est, vt in cap. illa, 12. dist. quin imo iniuria fit incolis si ab aliena ecclesia, vel eiusdem regni sibi

*libro albertino odisse de vin bra 200
pues arbo VVA BHSC IVR 271*

præponitur presul, quando in propria reperi-
ratur dignus nedum si ex alijs regnis igno-
ti exteris adducerentur. Hec non pro difini-
tione sed pro aliquali canonicorum excusa-
tione annexere volui, cum in prælatorū pri-
uatione alia nimirum forma exquiratur. At
Bernardus suorum relatione non immorito
admiratus Toletum rediit in autores sceleris
infensus, quos cum electo suo e sede protin⁹
deturbauit, quem ipsi tam præcipiti impetu
in ecclesiæ principatū euexerant. Et tollens
aliquos de monachis sancti Facundi usq; ad
reditum eius in ecclesiam collocauit, ne inte-
rim dum rediret diuino officio fraudaretur.
Hinc dictum arbitror ecclesiam Toletanam
fuisse primitus regularem. Ipse vero Bernar-
dus iterum Romam petiit, & cum ad sedem
apostolicam peruenisset prohibuit eum do-
minus papa Urbanus, ne ulterius procede-
ret, sed in tanta nouitate ad sedem propriam
remearet, ne pastoris absentia plantatio nos-
uella periculo subiaceret, & a voto Hiero-
lymitano & sancte crucis primas Bernardus
per Urbanum pontificem absolutus, in pro-
priam basilicam reuertitur. Et beatum Giral-

dum cantorem in ecclesia Toletana , postea
in Bracharensi ecclesia archiepiscopum crea-
uit. Et sanctum Petrum de Vituricis fecit ar-
chidiaconum Toletanum , deinde episcopū
Oxonensem. Et Bernardus de Agino fuit
ab eodem archiepiscopo cantor in eadem ec-
clesia Toletana institutus , & postea tempo-
ris successu episcopus Secontinus ac archie-
piscopus Compostellanus fuit creatus . Rais-
mundus etiam post beatum Petrum a domi-
no Bernardo fuit ordinatus episcopus Oxo-
mensis , qui etiam successit eidem Bernardo
in ecclesia Toletana. Hieronymum etiā tem-
pore Roderici Campiatoris dominus Ber-
nardus episcopum Valentinum creauit , sed
in breui deperdita ciuitate eūdem Hierony-
mum metropolitanus Bernardus in ciuitate
posuit Zamorenſi , vt ibi episcopalía exerce-
ret in qua nōdum fuerat nec episcopus neq;
ecclesia cathedralis & mortuo isto Hierony-
mo , quendam Bernardum dictus primas cō-
stituit episcopum Zamorensem , & iste fuit
episcopus primus Zamorenſis. Magna faci-
nora Bernardi studii opusculo inserere , vt
non tantum eius religio ; quin etiam armorū

strenuitas , amplitudo potestasq; ordinans
di episcopos in Hispaniarum ecclesijs cun-
ctis pateret . Qui non in Granatenses vel
Mauros , sed in Syriam contra fidei inimi-
cos , ni per Urbanum iustis ex causis prohi-
beretur ; collecto exercitu in subsidium ter-
ræ sanctæ voluit transfretare , hæc omnia re-
fert dominus Rodericus in suo chronicolib.
6.cap.27.Sed ne quispiam opinetur. Domi-
Rodericum huic eeclesiæ eiusq; presulibus
tantam autoritatem contulisse , absq; iuris
fulcimento , hæc & alia maiora in decretis
scripta reperiet; vt.c.cū longe.63.distin , vbi
iure cautum est , ad primatem Toletanum
omnes episcoporum archiepiscoporum pro
uisiones in Hispaniarum ecclesijs pertinere.
Ex quibus infertur gloriam atq; amplitudi
nem huius sacre edis eiusq; pontificis tem-
poribus sane priscis longe præstantiorem
fuisse. Nūc vero (prohdolor) Toletanus ar-
chiepiscopus adeo hac insigni prerogativa
orbatus iacet , vt non solum ipsi alijs Hispa-
niæ episcopatibus pontifices (sicuti quon-
dam) prouidere non liceat , verum etiam
in propria diœcesi omnem fere prouisionis

facultatem amiserit, ac quattuor dūtaxat mē
 sibus anni (quos vulgus iam ordinarios ap-
 pellat,) beneficia prēbendasq; conferre pos-
 sit. Vnde illam prisorum pr̄sulū maiestas
 tem cecidisse cernimus. Id q; de officio pres-
 sidis militiæ, quem nostro idiomate adelan-
 tado de Caçorla appellant, propediē fore exi-
 stimo, ni per pōtificem maximum, sacramq;
 maiestatē imperatoris; tuo q; christianissime
 princeps interuentu instantia ac precib⁹ illu-
 striſſimi archipresulī eiusq; ecclesię ad pri-
 stinum statum reddatur. Regum quippe in-
 terest, ecclesijs & prælatis, quorum ipsi sunt
 patroni, autoritatem & præminentiam pre-
 stare, cum in illorum prosperitate viciq;
 prosperentur, propterea catholice princeps
 sacræ maiestatis imperatoris & tua refert,
 ecclesiam Toletanam eiusq; dotem & pri-
 uilegia augeri & non minui, cum propter
 patronatum Itum quia post pontificalem in
 orbe terrarum prima ceteras excellit. Atq;
 sicuti ecclesię in multis p̄prijs obnoxie sunt
 patronis, c. nobis de iur. patrona. eadem ra-
 tione patroni ecclesiarum suarum prēroga-
 tivas inuiolabiliter obseruari facere tenem-

c iiiij

tur,c.filij.16.q.7.Nam licet legibus solutus
sir princeps.l prīceps.ff.de legib.debet tamē
principes suas leges non transgredi. Digna
nāq̄ vox est maiestate regnantis,legibus alli
gatum se principem profiteri,& re vera , ma
ius imperio est submittere legibus principa
tum,l,digna vox.C.de legib,

¶ DE HVIVS SACRAE BASILICAE
fundamento in forma qua nūc inspicitur , ac pri
ma eiusdem doctis constitutione. Cap.v.

DEnīq̄ rex Fernandus Alfonsi noni re
gis filius simul cum archiepiscopo do
mino Roderico iecit primum lapidē in fun
damento huius Basilicę Toletanę,quę in for
ma mezquitę a tempore Arabum illucusq̄
extiterat,cuius fabrica opere mirabili in dies
non sine grādi admiratione hominum excre
uit,vt afferit dictus domin⁹ Rodericus in li.
9.cap.13.Fuitq̄ primitus dotata ab Aldefon
so,qui vrbem Toletum a manibus Sarrace
norum eripuit predicta æra,vt idem Roder.
testatur li.6.cap.24.Exstructum itaq̄ est tem
plum ex lapide albo polito orientem versus

iuxta vniuersalis ecclesiæ traditionē. c. ecclesiasiticarum. ii. distinct. Quod octoginta & octo columnæ pregrandes ex eodcm lapide erecte totā basilicam , dempto eo membro, quod claustrum appellant, in quinç (ut sic dixerim) apsidas, quas nos testudines, vulg⁹ vero naues vocat, diuidunt . Harum inferiores quasi gradatim assurgunt ad medium. Totius vero sacræ ædis fabrica summa arte confecta habet longitudinem quadrigentos rum ac quatuor pedum , latitudinem ducendorum duorum . Sed mediae testudinis relis quis sublimioris altitudo est centum & sedecim pedum. Quam ceteris augustiorem vide re liber, tum quia multo eminentior ac pulchrior est, tū vero quia duobus hinc inde mēbris condecoratur, altero quidē ab ortu , qd facellū maius dicitur, altero vero ab occasu quē cleri stationē possimus appellare, vulg⁹ autē vtrunc⁹ nominat chorū. Ab horū itaq⁹ augustiori cum in eo cōficiatur nostrę redēptionis hostia ac asseretur, exordiar, nec ab rem facturū arbitror, si de ipsius sacratissimæ eucharistiæ sacramento non nihil obiter prælibauero.

CDE SACRAMENTO EVCHARISTIAE AC EIUS CUSTODIA.

Cap. vi.

Quamuis sacrosanctū altaris misteriū, propter copiosam dei misericordiam exuberantēq; liberalitatem, omnib⁹ in ecclesijs celebretur, tamē ut tua celsitudo cognoscatur, quanto ornatu & reuerentia in nostra alma toletana ecclesia præ cæteris colat, vt ex yngue (quod aiunt) leonem estimes, paucis absoluā. At de ipso sacramēto, cuius propheta meminit psalmo, nro. memoriam (inquiēs) fecit mirabilem suorum, nihil attingere audiōbo, præter id quod Clemēs quintus de eo scribit. Clemen. i. de reliquijs & ven. sc̄tōrū, in hēc verba. Dignum profecto existit, vt si ibi in sui, quo nos quotidie spiritualiter resūcit, memoriam corporis laudes festiue venerationis & gratias referamus. Sed quas, om̄irabile suaue, tutissimū, ac super omnia preciosum sacramentum referemus laudes. In quo innouata sunt omnia, & miraculia immutata: in quo habetur omne delectamentum, & omnis saporis suauitas, ipsaq; dulce

do domini degustatur , memorabile , sacra-
 tissimum , in quo gratam redemptionis no-
 stre recensemus memoriam , in quo a malo
 retrahimur , & in bono confortamur . In quo
 tandem sub alia forma , in propria vero suz
 bstantia est nobiscum . O singularis & admi-
 randa liberalitas , vbi donator venit in donū .
 & datum est idem penitus cum datore . Quā
 larga & prodiga largitas , vbi tribuit quis
 se ipsum . O excellentissimum sacramen-
 tum , o adorandum , colendum , glorifican-
 dum , prēcipuis magnificandum laudibus ,
 dignis prēconijs exaltandum , cunctis ho-
 norandū studijs , deuotis prosequendum
 obsequijs , & synceris mentibus retinen-
 dum , in cuius decus & honorem inter a-
 lios surgat clerus & populus Toletanus in
 cantica laudem cordibus , votis , & labijs
 hymnos persoluant : psallat fides , spes tri-
 pudiet , exultet charitas , deuotio plaudat ,
 iubilet chorus , pietas iucundetur . Qua de-
 re quantuncumq; grandia provirili vbiq; re-
 ferātur , alia nimirū restat , quę necq; ocul⁹ vi-
 dit , necq; auris audiuit : necq; in cor hōminis
 ascenderunt , & cum apostolo concludamus .

Ad Corinthios. cap. 2. ea sunt, quæ non licet homini loqui. Ut igitur ad rem proposita
tam reuertamur de cultu & ornatu, licet in
rebus magnis satius sit omnino silere & pau-
ca dicere; tamen pro ingenij captu nonnulla
subnectam. Colitur itaq; ineffabile sacramen-
tum in hoc sacro templo, sublimiori quodam
modo, quantum humana fragilitas prestare
potest. Nam cruces, calices, mallutia cande-
labra & omnia alia vasa ad diuinum cultum
sacrata, partim ex auro purissimo, partim ex
argento conflacta sunt. Inter quæ primū lo-
cum tenet phylacterium seu dominicū taber-
naculum, quod custodiam vocat, miro quo-
dam artificio constructum. Est & aliud reli-
quiarium arte subtili confectum, quo custo-
ditur sacrosanctum altaris sacramentum sub-
tribus seris & ianuis; illo enim vndiq; patulo
& conspicuo dominico tabernaculo octo dū-
taxat dieb⁹, in corporis videlicet christi octa-
uis nostra hęc Toletana ecclesia vtitur, hoc
vero minusculo ad continuam dominici cor-
poris custodiā perpetim vtitur. Thus vero,
quo denotantur orationes, vt in apocalipsi
cap. 5. sicut electius & purius in hoc templo

defertur, ita pie existimadum supplicum vota facilius in hoc sancto loco exaudiri, efficacius gratiusque impetrari.

CDE HVIVS ALMAE ECCLESIAE
ministris eorundemque ornatu sacroque cultu.
Cap. vii.

Ornatum vero quod ministri subserviunt
sacrificio altaris aliosque diuinis quis poterit explicare. Nam pro qualitate festorum
peculiariter sunt ornamenta praefinita diuersi coloris auro intertexta. Albi quidem colo-
ris indumentis vtitur ecclesia Toletana in na-
tuitate ac resurrectione domini, in festis pre-
terea intemeratae virginis Mariæ, et sanctarum
virginum. Rubei vero in diebus Epiphanie,
Pentecostes, Sanctæ crucis, Apostolorum,
Euangelistarum, Martyrum, victoriisque de-
benamaram. Viridis autem in processione
ac pompa dominicæ palmarum, & solennita-
te sancti Ioannis Baptiste duntaxat. Cro-
cei seu Lutei in festis confessorum, doctorum
abbatum Cerulei, seu veneti coloris in festo
sanctissime trinitatis, & in multis diebus do-

minicis, Cinerei in die cinerum, Violacei in
dominicis aduentus, & quadragesime tem-
pore, item belli, & tribulationum. Ceterum
indumentis omnium in discriminatim colo-
rum, auro simul intextis in festiuitate omniū
sanctorum propter eorum diuersitatem, in
aduentu itidem regum, Toletani ve presulis
sumi q̄ pontificis legati. Nigri vero coloris
in dominica passionis, in obsequijs præterea
defunctorum. Horum deniq̄ colorum casul-
lis, capis, dalmaticis, tā auro textisq̄ bomby-
cinis & holosericis ditissima est nostra eccle-
sia. Hanc enim colorum ornamētorumq̄ dia-
uersitatem non casu aut sorte ecclesia Tole-
tana creditur accepisse; immo gnara vtriusq̄
testamenti eius vestigia imitari dignum du-
xit, vt traditur distin. 40. in summa. cui⁹ ver-
ba sunt: varijs vestib⁹ ex precepto domini
sacerdotes ornati leguntur, quia multis vir-
tutibus debet splendere vita pontificis. Itaq̄
per varietatem ornementorum denotantur
virtutes & merita; que in dei ministris de-
bent coruscare. Et. 43. distinctione in c sit
rector; scribitur, fuisse iussum Moysi in exo-
do cap. 28. q̄ sacerdos tabernaculum ingre-

dienstintinabulis, & malis punicis ex auro
ambiretur, &c. gl. ibidem dicit, totidem ma-
la punica in inferiori margine tunice sacerdo-
tis pendebant: quę omnia ornatum & ma-
iestatem ministrorum dei denotabant. Si
enim iudei, qui vmbre legis deseruiere, hoc
faciebant: multo magis nos, quibus veri-
tas patefacta, & gratia per Iesum Christum
data est, templi domini ministros ornare &
venerari debemus. Propterea nemo dicea-
re audeat hoc ad pompam & ostentationem
fuisse institutum, ut nonnulli apostatarum
nostre tempestatis affrere non verentur.
Qui bona ecclesiarum perperam sibi ven-
dicare non erubuerunt, quiq; iusto bello ab
imperatore nostro Carolo quinto tuę cel-
situdinis genitore semper Augusto deui-
cti, in septuplum non cum parua illorum
sanguinis effusione persoluerunt. Quę res
digna lauro, digna curru: singulariq; digna
tropheo fuit: quamuis Cesar noster in
uictissimus tantus sit ut facile triumphos
contemnat. Et ne diu vagemur, ad ma-
teriam redeamus propositam. Quo or-
dine & reverentia subdiaconus calicem,

*(Vt ecclesiastice loquar) patenam, ampulam
maluum, & manutergium offerat & mini-
stret, qua etiam veneratione diaconus sacer-
doti omnibus, quæ aguntur in sacramento
nostræ redēptionis inseruiat, c. perlectis. 25.
distin. quanta etiā deuotione presbyter ipse
suum munus obeat, & sacrificium corporis
& sanguinis domini in altari conficiat, nō po-
test ita verbis exprimi, sicut oculis intuētiū
conspici. Nam sacri loci maiestas deuotionē
ingerit spiritū eleuat, atq; vniuerscuiusq; ani-
mum pium & ineffabili quodam modo san-
ctum reddere conspicitur.*

CDE MVSICA CAP. VIII.

HIC locus exposcit, vt obiter saltem de-
centem ecclesiæ cantum attingam, quo
autem ordine, quacq; harmonia dulcisonisq;
concentibus eloquia sacra in hac alma eccle-
sia resonent, & audientium summa delectatio
manifestat, & fama toto orbe terrarum vul-
gatissima notissimum facit. Cantum vero pri-
uum, quem simplicem vocant, cuius est in
hoc sacro templo usus, propter eius excellen-
tiam

tiām non solum nostra ecclesia Toletana cū
 sua diœcesi, verū etiām granatensis cū omni
 bus ecclesijs eiusdem regni totuscq; ordo cœ
 nobitarum dīui Hieronymi sequitur, & ob
 seruat, iam qua melodia & musica cātorum,
 tibicinum, sambucistarum, præter organicā
 illam, nullibi non cōmunem, missa diuinacq;
 alia officia in hac sacra basilica celebrentur,
 ipse princeps sapientissime Hispaniarum de
 cus melius cunctis poteris iudicare, qui cum
 intelligeres nouitium chororum inuentum,
 siue potius (vt ego opinor) ob vetustatē iam
 obsoletum (cū olīm chori in vsu fuerint psal.
 148.) in hoc nostro concentu desiderari, ta
 metsi tibi iucundissimi erant, maximeq; in
 delitijs habebantur eos dignissimo archipre
 suli Toletano magistro tuo tradidisti: vt eius
 pariter & tuo beneficio tanto dono ecclesia
 nostra ornata frueretur. Ceterum quia non
 uilli sanctorum autoritatibus non probe in
 tellectis moti, & quadam denuo extrauagan
 ti suffulti vidētur quodam modo in ecclesijs
 musicam improbare: non indignum cēsui in
 utramq; partem questionem hanc discutere,
 & breui compendio quid de hoc sentiam ex

d

plicare. Et quoniam opposita testē philosōpho iuxta se posita magis clarescunt; pro parte negatiua prius arguam: vt in fine conclusiā vsum laudabilemē consuetudinem ecclēsiarum iure & ratione probari. In primis ergo Hieronymus ait. 92. dist. cap. 1. Cōrdib⁹ non vocib⁹ deo cantandum & psallendum est. Qui post pauca addidit, audiant hēc adōlēscētuli, audiāt hi; quibus in ecclēsia est officium psallendi. Cui assentitur Gregorius eadem dist. c. 2. in sancta (inquit) Romana ecclēsia, dudum consuetudo est valde reprehensi bilis exorta, vt quidam ad sacri altaris ministerium constituti cātores eligātur, & in diaconatus ordine constituti, modulationi vocis inseruant, quos ad predicationis officium, & eleemosinarum studio vacare cōgruebat. Vnde sit plērūk, vt in ministerio dum blāda vox quæritur, congrua vita negligatur, & cantor minister deum moribus stimuleret, cū populum vocibus delectat. Conuenit etiā versus ille vulgaris. Non vox sed votū, non cordula musica, sed cor. Non clamans, sed amāscāt in aure dei. Præterea quo musica est prēstantior, eo magis hominū animos ad

se allicit, & intentos facit. Vnde illorū sensus
 non potest simuli deo et musicę intēdere. Ex
 his alijsq; similibus videtur posse concludi,
 musicam ab ecclesijs exterminari debere. Cū
 pr̄sertim huic sentētię extrauagās illa noua
 vltimā manum imponere videatur, de vita,
 & honesta clero. i, in cōmunib; Huius tamen
 opinionis rationes facile diluētur, & ex
 trauagantis sanctionis veritas declarabitur.
 Paulo itaq; altius (si per te licuerit serenissi-
 me princeps) celebrat̄ consuetudinis funda-
 mēta subtexam. In nouo testamento legitur
 bis angelos hymnos cantasse. nato saluatore
 gloria in excelsis deo, luce cap. 2. eoq; resur-
 gente allelu ia, vt in cap. hi duo hymni. de:
 cons. dist. i. neq; vulgariter, sed prout festa
 gloriosa exposcebant, nempe omni huma-
 na musica sublimius. Vnde militans eccles-
 sia triumphantis exemplo debet uti mi-
 nisterio cantorum potiori modo, quo possi-
 sit. Præterea Dauid cithara tinnulis icti-
 bus concitata lyricoq; carmine a Saulis ves-
 xatione Dæmonem arcebat lib. i. Regum
 cap. decimo sexto. quod neuticq; crederem
 fieri, si voce & cithara incomposito psalleret
 d ij

Vnde in veteri testamento non solum erat
vsus cantorū in laudem dei. Esdræ cap 2. vbi
cantores, & cantatrices ducenti numerātur,
sed etiam de laudando deo preceptum, vt in
ultimo psalmo, in quo iubemur deum lauda-
re in tympano & choro, i chordis & organo.
Quod simplici incompositaç musica nō ita
decenter fieret, & beatam Cæciliam legimus
pulsatis organis ipsam decantasse domino,
fiat (inquiens) cor meū & corpus meum im-
maculatum, vt non confundar. Item musica
inter artes liberales connumeratur, quas cū
ab ecclesia non reperiamus prohibitas. c. si
quis artē. 37. distin. nulla ratio est, cur ab ec-
clesia cantores exterminentur, quod tantum
abest, vt decreta. in. c. clerros. 21. distinct. non
solum officium cantoris, verum etiam ad ec-
clesias triplices musicos pertinere decernant.
Cantorem videlicet succentorem, & concen-
tore, qui ordinat voces. Igitur si musica esset
omnino prophana vel prohibita, null⁹ esset
delectus istorum cantorum, neç ab ecclesia
Romana; que caput est omnium ecclesiarum
& magistra, recipierentur; tantiç nequaç fie-
rent. Musica enim animum mulcat, mentem

erigit, & singulorum operum labores fatigationemq; solatur: lapsos & desperatos resuocat, viatores confortat, affirmare Arabes fertur, camelos onera portantes confortari, canentibus ductoribus. Cantus namq; deletionem operatur, iracundos mitigat, tristes & anxios l^atificat, discordes pacificat, phreneticorum rabiem temperat; vanas cogitationes dissipat, torpentes animos excitat: nunc grauioribus tonis, lasciuos, furentes, iratos cohibet. Sic Dauid furentem Saulem cithara repressit; Preterea Orphe⁹; Amphiō, Pythagoras; Empedocles; Asclepiades concentibus sonis mira quædam facere consuerunt, suis assuetis modulis fidicinantes. Multa plane de operationsbus melodiæ legū tur, quæ si essent referenda, proprium codi- cē sibi vendicarent, propterea ne videar multum a materia discedere, sat erit in laudē musicæ hēc tetigisse. Ex quibus euidentissime elicitur, optimo iure musicam in ecclesia dei esse receptam; nec propter argumenta in contrarium adducta esse respuendam. Quibus sic potest responderi. Et ad primū dico Hies- ronymum non improbare simpliciter musi-
 d ij


ca quæ in dei laudē potest assurgere, sed eam
tragico more in ecclesijs tripudiātē. vt ex ver
bis eiusdē Hieronymi recte perpensis colla
gitur. Nec refragatur huic sententię cōmuni
Gregorius: qui tūc dicit cantores stimulare
deū, cū ad voluptatē populi tantū nō ad dei
laudem & cultū, vultuosi cantores lasciuūt.
Nec potest negari, musicam quo elegantiorē
eo magis placida modulatione mētē sensūq;
hominis eleuare, sed ille mentis excessus in
iubilationem tendit: q; si quis in sinistrū ver
tat, sibi & non musicæ vitio ascribat, cum in
tentio p̄cipua ecclesie sit, iubilare deo, non
solum in organis & alijs instrumētis, verum
etiam in cymbalis et vocibus benefonantib⁹:
Quæ non distrahunt sensum, neq; intellectū
a diuinis, vt imponitur ex aduerso, sed poti⁹
roborant, & cōfirmant. sicuti cū plura in idē
tendunt, fieri nōnunq; solet. Necq; musicę ad
uersari videtur extrauagans, vt eam recte cō
siderantibus liquet, quæ de lasciuia tantū mu
sica loquit; eamq; merito reprobat, cum non
in dei honorem; sed in aurium potius delicias
vertatur, vt patet in principio ipsius exra
uagantis, dum dicit melodias intersecant,

discantibus lubricant, cantilenis vulgaribus
 nonnunq̄ inculcant, adeo ut interdum anti-
 phonarij & gradualis fundamenta despiciāt
 &c. Quæ aliter etiam intelligi potest, vt pro-
 hibeat in modum tragediæ tantum cantores
 in ecclesia gestire. Quin etiam licet conceda-
 mus, extrauagantem supradictam musicam
 penitus explosisse, seruanda non est, nec eius
 transgressores aliquibus ligantur poenis.
 Quandoquidem in usum non fuit recepta.
 Nam leges instituuntur, cum promulgantur,
 firmanſ vero, cū uſu atq̄ cōſuetudine appro-
 bāt. c. in istis. &c. fin. 4. dist. Id circa catores
 intrepide abſc̄p vlo cōſciētię dictamine pos-
 sunt iubilare deo, dū tñ populū laſciua effæ-
 minataq̄ modulatione præcipue ad inanē de-
 lectionē nō puocēt. Quod si illa vocū ina-
 nis elatio nemini parcens eis irrepferit (tripu-
 diantibus enim in superbia, in humilitatē hu-
 milib⁹ sensim irrepere tetat) tali antidoto præ-
 muniatur; vt cū ad diuinū officiū accesserint;
 syncera & præcipua illorū in deū dirigaſ in-
 tētio, a q̄ si vt homines discesserint, mortali
 labē neutiquā afficiēt, sicuti cōtingit famu-
 lis prelatorum seruiētibus propter beneficia

d. iij

obtinenda. Qui dum non ob illa principali-
ter famulentur, simonię ambitus ve criminę
minime notabuntur. c. quid proderit. 61. dist.
& c. cum essent de simonia. Illud tamē omni
cura & diligentia caueant, ne dū diuinis psal
modijs incumbūt, ceterisq; sacrosāctis obse
quijs, garrulitatibus aut susurris intēdāt; nā
vt August. ait bonis operib; insidiat demō.

CDE ADMIRANDA VIRGINIS DES
cēsione in hanc sacrā ædē diuo Ildefonso facella
no suo vestē e cælo afferentis.
Cap. ix.



HActen⁹
demusi
ca attinenti-
busq; ad al-
taris ministe-
rium tetigis-
se sufficiat,
vt ad tractā-
dum de sole-
nitatibus pe-
culiarib; hu-
ius almę ec-
clesie, iā no-

stra cōuerta ē oīo. Inter quās prima se offert
 descensio mira intemeratē virginis Mariæ.
 Quod sic euenisſe, a maiorib⁹ nostris verissi
 mo relatu scripturisq⁹ authenticis accepim⁹.
 Regis Recisundi tempore, qui patri Cindas
 uindo era . 695. in regno successit , regnauit.
 18. annis. Cum Heluidij & Pelagij sectatores
 a Gallijs venientes, plerasq⁹ Hispaniæ partes
 infecissent, perpetuam virginitatē beatę Ma
 rię negantes, p̄esulq⁹ Toletanus beatus Il
 defonsus illis occurrens, non segnis in diuina
 militia torpuit: non sibi notam passus est de
 fensoris muri. non deniq⁹ turpem meditatus
 fugam aduersarijs terga p̄ebuit. quin poti⁹
 cū hostibus cōgressus contrarios ičt⁹ clypeo
 fidei circūsept⁹ retudis inclytus preliator , sa
 crarumq⁹ scripturarum testimonij , sancto
 rumq⁹ patrum autoritatibus, inuiolabilis ve
 ritatis armatus eloquijs, eorum heretica do
 gmata confutauit, & ab Hispanijs confusos
 abegit . Librumq⁹ contra prædictos hereti
 cos de perpetua virginitate conscripsit , cui⁹
 tale est initium. O domina mea, dominatrix
 mea, dominas mihi, mater domini mei famu
 la filij tui, genitrix factoris mundi, te rogo,

d v

ce exoro, te queso, habeam spiritum filii tui
habeam spiritum domini tui, habeam spiritum redemptoris mei, ut de te vera & digna
sapiam, de te vera & digna loquar, de te vera
& digna, quecumque sunt diligam, aliaque in hunc
modum, que pro ac deuoto lectori (ut ad in
stitutum properem) estimada relinquam. Vir
go itaque facrosancta non immemor accepti
obsequij p[ro]p[ter]e deuotique clientis ab aethere sum
mo descendens; hanc peculiari priuilegio suam
sanctam eadem suis gressibus vestigijque con
secravit. Dum enim suauissimis canticis mo
dulationibus ad decantandum, & ad librum
de virginitate perpetua catholice scriptum
legendum, diuus Ildefonsus cum clero & po
pulo consurgeret, atque ut vigilias, quas deo &
eius intemperate virginis matri vouerat, rite per
solueret, ministri preuenentes cum ecclesie ostia
de more aperirent, subito lux magna oculos
eorum praestrinxit, quam neutiique ferre valen
tes, magno timore perculti, luminariis reli
ctis. pene exanimes fugerunt. Diuus vero Il
defonsus nullo terrore percultus, cum ad als
tare (ut moris erat) ad orationem flexis geni
bus procubuisse, sibi utique benecosciens, circu

quaque conspiciens, vidit illam sanctam, imas-
 culariam virginum reginam in suggesto sedē
 tem, quod ipse concionatus populo ascen-
 dere solebat. Quo in loco nullus postea sedē-
 re ausus est, preter Sisibertū episcopū. Qui
 propter audaciam nimiamque temeritatem a
 sede illa electus, in exilium est relegatus. Ille
 phonius vero sursum oculos elevans, vidit
 virginum choros reginā laudantes; quae Da-
 uidicis modulationibus cantus dulcissimos
 personabant. Cuncte virgo sanctissima, pariz-
 ter ac vir sanctus se mutuo intuerentur: ipsa
 quidem virgo gloria vestem illam precio-
 sam, quam secum attulit, induit famulū suū;
 deditque pientissimo ac vigilantissimo Ilde-
 fonso, ut ipse solus (ut credere dignum est)
 in solennitatibꝫ illius ac redemptoris nostri
 vestiretur; subiiciens, quoniā (inquit) men-
 te pura, fide firma, in meis laudibꝫ perman-
 sisti: & in laudem meam diffusam in labijs
 tuis gratiam tam dulci eloquio in corda fide-
 lium transstudiisti, & lumbos tuos virginita-
 tis gratia cingulo castitatis præcinxisti: vo-
 lo, ut vestimento supercœlesti iam in hac vita
 orneris, ut in futura in cœlesti beatitudine,

cum seruis filij mei ceterha leticia fruaris. Ec-
hęc dicens ab oculis eius vnā cum virginibꝫ
acluce qua venerat, euānuit, in celumq; rez
meauit. Remansit autem seruus dei, de adipis-
cenda gloria tantum sollicitus, quantū cōspic-
cius extitit veste sibi data diuinitus. Hęc ex
lectionibus, quę cantantur in festis Annun-
ciationis intactę virginis sub nomine beatę
Marię dela, o. decimo quinto. Kł. Ianuarij,
atq; descensionis virginę nono. Kł. Februa-
rij sub celebritate pacis; necnon a chronico
reuerendissimi. D. Rodericilib 2. cap. vigesi-
mo quarto ad verbum fere decerpsi. Ceterū
virgo virginum, & sanctarum sancta (quia
in tempesta nocte Ildefonso vestem sacram
attulisse omnibus nondum innotuerat, vo-
luit per beatam Leocadiam alumnam, tutela
remq; Toletanę ciuitatis, rege populoq; cla-
ra die palam cernentibus huberiorem gratiā
referre. Nam cum in festo beatę Leocadię
Ildefonsus cum rege Recisundo populi co-
mitante caterua, ad tumulum eidem virginī
consecratum descenderet, continuo sanctus
vir prope ciuiis suę sepulchrum deuotissime
pronus occubuit, atq; in oratione diu suspen-

sus tandem monumentum sua sponte apersum vidit. O rem multis retro seculis inaudita; surrexit ex tumulo virgo Leocadia, que iam tercentum annos in domino obdormierat, siue in corpore proprio, siue extra corpore; non est qui iudicet, & beato Ildefonso appro pinquans, quasi dextram dextra apprehendens sic ait. O Ildefonse per te viuit domina mea, que coeli culmina tenet. Stupefacti magnitudine ac nouitate rei silent cuncti. At beatus Ildefonsus illis mirantibus, silentium his vocibus rupit. Virgo cœlo digna, que terras exossa, mundum pro Christi amore usque ad martirij cruciatum spreuisti; que tetra sancta tulerunt secula, beata fuerunt; sed beatiora nostra tuo visibili conspectu, que cum emigraueris martyrij palma triumphas; ad fidei gloriam & credentium consolationem miraculo tam insigni apparere dignata est. Cōuerte queso lumina ad hanc urbem tui altricem corporis, protege precibus & intercessionibus ciues tuos, pariter & regem; qui tua templa mira deuotione frequentat. Tandem virgo ad tumulum reuertens, lento gradu incepit debat. Tum Recisundus rex beatum rogat

Ildefonsum, ut aliquid insigne ex virgine ac-
ciperet, priusq; ex oculis dilaberetur. Ille
regis accepto cultro, partem veli, quo virgo
amicta erat, incidit, ac regi custodi quidem
fidi commisit. Rex vero (que eius religio
erat) & munus illud coeleste & cultrum ser-
uandum dedit ministris ecclesiaz. Nefas enim
duxit, ad humanos redire vsus. quicquid vir-
ginis contactu sanctificatum esset. Perpen-
dant nobiles matronæ, virginesq; Toletanæ
ac reliquus sexus femineus verba beate Leo
cadie dicentis, per te Ildefonse viuit domina
mea (cuius virginitas illibata (vt erat) Ilde-
fonsi disputatione, explosa hæreticorum &
damnata heresi, defensa permansit) quata cu-
ra & solertia debeant famam integrum con-
seruare. Femina enim cum infamatur, quasi
inter mortuos potius, q; inter viuos annume-
randa, non viuere dicitur. Ex his omnibus
peruulgatum est nomen Ildefonsi per vni-
uersam Hispaniā, tantaq; deuotio erga Chri-
sti fideles excreuit, vt infelix haberetur is,
cui ecclesiam Toletanam visitare non esset in
votis. Huic vtiq; sancte basilice illud psalmo-
graphi psalmo. 131, non indecenter possumus

adaptare. Introibimus (inquit) in tabernacū
 humeius, & adorabimus in loco; ubi steterūt
 pedes eius. Nam & si per pedes apostolos
 Christi, qui sunt pedes sustentantes totū ec-
 clesiæ corpus, intelligamus, nihil prohibet,
 quod ad historię veræ gestæ miraculum; suo
 quodam modo propheticum vaticinū ac-
 cōmodemus. Ceterum ad excellentiam pri-
 uilegiūq; huius basilice spectat, quod His-
 paniarū reges a primi die i natalis domini no-
 stri vespertinis horis usq; ad missā tertij diei
 peractam, quę sancti Ioannis euangeliste est
 sub certa poena in hoc sacro templo adesse te-
 nentur. Quin & ipse Romanus pontifex nisi
 eisdem diebus pariter affuerit, simili poena
 mulctatur. Quod usq; in presentem diem
 inuiolabiliter custoditur, nec aliunde origi-
 nem ducere pie existimandum est, quam
 ex illa cœlesti & per orbem terrarum cele-
 berrima ac vulgatissima virginis Mariæ des-
 censione. Nam quamuis səpius maxima
 solertia scrutatus fuerim libros antiquos,
 illosq; qui archiuo huius ecclesię quasi reli-
 gione quadam seruantur, huiusmodi tamen
 mulctatię pecunie neque ullum prīcipium

inuenire, neq; a senioribus perdiscere potui
quantunuis peritiores interrogauerim. Solū
itaq; libri vetustiores & calendarium, quod
memoriarum dicitur: in quibus hoc multa
titum statutum indubitanter promulgatum
reperitur, hac de re testificantur; quibus in
huiusce modi rebus fides adhibenda est; pre-
sertim cum id ab omnibus, vsu & consuetu-
dine receptum fuerit. Mirum dictu relatuq;
dignum; Christi vicarios Romanæ ecclesiæ
Pontifices Alpes montesq; Pyreneos transce-
dendo; in Hispaniam atq; adeo in nostram
ecclesiam nō sub equinoctia, sed sub hyemē
regidam apostolica sede relicta; statutis die-
bus se conferre teneri. Quos minime ecclæ-
siam Toletanam, ut pote Romana inferiorē
astringere potuisse. c. i. 22. distin. sed ipsorum
Pontificum spontanea deuotione in obsequiū
& memoriam inuolate virginis descensio-
nis se regesq; Hispanie sub prescripta mul-
cta astrinxisse, credere fas est. Ob hanc potis-
simum religionis causam nōnulli Hispania-
rum reges, Enricus huius nominis secundus
cum Ioanna, Ioannes item primus eius filius
cum Leonore, Enricus etiam tertius cū Ca-
tharina

tharina vxoribus in hac sacra basilica monu-
 menta sibi elegerunt iuxta altare; quod descē-
 sioni deipere virginis dicatum est in facello;
 quo missarum solēnia pro eorum requie nu-
 pe celebrabantur. Quorum corpora anno
 1534. quatuordecimo. Kl. Iunij. S. C. C. maie
 statis pārētis tui serenissime princeps permis-
 su, ac mandato reuerēdissimi cardinalis Ioā-
 nis Tauera mihi tunc temporis eius vicario
 iniuncto in facellum denuo illis erectū; quod
 recentiorum regum appellationem obtinet,
 trāslata sunt. Nam vt postea dicetur, aliud sa-
 cellum est; ubi sacra pro regib[us] vetustiori-
 bus peraguntur. Eadem deuotione existimo
 hanc sanctam ecclesiam christianissimos His-
 paniarum reges p[re]ceteris non munusculis
 aut vulgaribus donis sed vasis, ornamenti,
 insuper castris oppidis villis, multisc̄p alij̄s
 redditibus, vt posteris sue deuotionis argu-
 mentum exemplic̄p relinquerent, ditasse.
 Ob hanc ipsam descensionis causam facile
 quidem coniectura ducor: nobilissimas olim
 ecclesias huius nostrę societatem affectasse:
 vt nimirū iuris ecclesiastici participes essent,
 hoc est precum & diuinorum misteriorum,

quibus ecclesia Toletana excellit quod mul-
tis retro annis initum fœdus ad hanc usque
nostram etatem durat. Quem nam vero iste ec-
clesie sint quoniam celebre & scitu dignum
est breui quidem catalogo accipe. Compo-
stelana , Cæsaraugustana , Pampelonensis ,
Seguntina , Oxomensis , & apud Galos Turo-
nensis. Ambiuit hoc ipsum insigne pariter &
nobile cenobium sancti Facundi de Sahagū
vulgo nuncupatum ordinis divi Benedicti ,
quod apud Legionenses in magna est vene-
ratione neque apud hos solum , sed apud vni-
uersos Hispaniæ nostre tractus . Hi omnes si
quando ad ecclesiam accedunt & chorum no-
strum vestibus de more ecclesiæ nostræ indu-
ti ad officium ingrediuntur diuinū , si ex digni-
tatis ecclesiæ suæ sint , foederis simbolum
duos aureos accipiunt , sin canonici aut por-
tionarij vnum . Aliud est item nequaquam sub
silentio prætereundum ecclesiæ Toletanæ san-
ctimoniam commendans ; quod si quando
principibus nostris prælii aliquod in Mai-
ros commitendum erat , ad Toletanam ur-
bem diuertentes templi nostri sacra visitar-
bant , & accessitis templi ministris , vexilla

sua benedicenda & aquis lustralibus cæteris
risq; mysterijs sanctificâda curabant. Vnde
hæc summa deuotio : nempe non aliunde
existimandum reor, q; ex illa admirabili dei
perè virginis descensione , quam non tan-
tum vetustorum testimonia , verum tabule
pictæ , columnæ , parietes templi intus & fo-
ris suis stêmatibus proclaimant atq; demos-
trant . Idemq; palam facit collegium eos-
rum , qui sub nomine confraternitatis , im-
maculatæ virginis descensionem quotannis
celebrant . In qua antiquitus rex & archiz-
præful cum multis vrbis optimatibus sole-
bant esse confratres . Hodie vero prisca illa
memoria tante maiestatis in populo et cæreis
luminaribus , regalibus ornatis in signibus ,
duntaxat permanet .

TDE PECVLIARIBVS SAN-
ctis huius almæ ecclæ vrbis ,
prouinciacq; Toleranae pa-
tronis. Cap. x.

Verum post admirabilem virginis des-
censionem ut cūq; præscriptam, de alio
rum sanctorum celebritatibus, quos hęc al-
ma ecclesia annuatim recolit: etiam si multa
mirandaq; dicerem, omnia certe inferiora cē-
serentur. Nam quemadmodum fluuij in ma-
re intrantes nomen amittunt, ita cum aliquid
de exuberantissimo gratiarum pelago sacro
sanctę Christi parentis egerim, nomina ges-
taq; sanctorum impune prætermittere pos-
sem. Sed ne videar (quod absurdum fore exi-
stimo) nostros huius vrbis patronos ac tute-
lares in officiosus silentio præterire, pauca ex
multis referam; facile enim lector condona-
bit, si eorum quoq; monumenta referantur,
qui virginem ipsam & sanctissimum filium
religiosissimis officijs demeruerunt.

DE DIVO EVGENIO ET EXORDIO
fidei orthodoxæ in alma ecclesia Toletana
Cap. xi.

AT primum a diuo Eugenio mihi exor-
diri visum est, quippe qui primus Tole-
ti eliminata spurcitia idolorum pia, sancta, &

religiosa fidei fundamēta iecit. Hic vero fuit
 discipulus magni dionisij Areopagite, a quo
 in Hispaniam, ut eam Christo domino lucri
 faceret, ex Arelatensi vrbe missus, in nostrā
 ante alias vt pote longe præstantiorem se cō-
 tulit ciuitatem Toletum. Vbi cōstanter Chri-
 stum saluatorem mundi p̄dificando, dæmo-
 nes urbem vexantes fugauit, illorumq; aras
 penitus destruxit. Quas in veri dei religione
 consecrando, quamplurimis decorauit mini-
 stris; qui salutaria fidei documenta fidelibus
 & catechuminis ministrarent. Postmodum
 magistri sui Dionisij desiderio captus, vt ab
 eo ante vtriusq; obitum consolationem acci-
 peret & ministerij sui rationem magistro red-
 deret, in Galliam reuersus est. Ante vero q; Pari-
 sios accederet, in loco nomine Diolo in
 persecutorum Christiani nominis rabiē, ma-
 nusq; violentas incidit. Qui cum a tyrannis
 interrogaretur, cuias esset, Christianū se esse
 spōte confessus fuit, perseveransq; in vere ca-
 tholicęq; fidei confessione, martyrij palmam
 adeptus est. Cuius corpus diuinā reuelatio-
 ne inuentum iuxta magistri sui Dionisij se-
 pulchrum honorifice fuit translatum. Regnā
 e iij

ce vero Aldefonso septimo, (qui ferme vniuersa Hispania in ditionem suam redacta, imperatoris sibi nomen vendicauit) Raimundus archipresul Toletanus ab eodem Aldefonso imperatore instanter efflagitatus, ut corpus aut saltem aliquam eius portiunculam diui Eugenij a Ludouico rege Francorum, qui a Hierosolymis rediens visitaturus liminabati Iacobi, Compostellam periret postularet. Qui imperatoris precibus deuictus concessit brachium dextrum diui Eugenij. Quod transmissum fideliter per manus cuiusdam abbatis sancti Dionisij, summo cum honore suscepimus fuit. Imperator namque cum duobus filiis, et cum alio ex optimis matribus longe ab urbe pedestres ei obuiam venientes, arcam humeris humiliter impositam sanctissimum brachium deferentem in nostram ecclesiam detulerunt. Vbi illud sub fideli custodia religiose obseruatum, auro gemmisque preciosis munitum, tua celsitudine in huius almæ ecclesiæ erario sacro perspexit.

DE BEATA LEOCADIA, CAP.XII.

Praeterea virgo Leocadia forma honestissima, clarissimisque orta natalibus; Tolletana fuit ciuis; adeoque credentium fidelium in tribulatione refugiū, pauperum consolatio dubitantiū firmamentū, sanctorū gaudium; omniumque christianorū singulare presidiū; ut in carne viues cœlesti magis quam terrena vita frui videretur. Quae sub Datiano preside tempore Domitiani imperatoris, martyrio coronata est. Huic diuine martyri tres in hac urbe dedicatae sunt ecclesiae. Quarum duæ sunt collegiatæ, tertia vero parochialis, quæ sicut a maioribus accepit fuit edificata in ipsius domo propria. Ex collegiatis vero, una in carcere, qui a parte meridionali regio capitolio est contiguus, ubi spum altissimo reddidit. Ibique in quadam spelunca, qua vincita seruabatur, proprijs digitis signaculum crucis saxo impressum; quod usque adhuc magna religione colitur. Altera extra muros huius ciuitatis; ubi corpus sepulture fuit traditum. Felix haec virgo logo post tempore diuino Ildefonso (ut supra commemorauimus) apparuit. Eiusque corpus, & si per tempora longissima quo fuit vectum ex hac urbe latuerit, tamen ab

e iij.

altissimi regis Philippī aui celsitudinis tuę
tempore, dum inter Hispanos & Flandros
commerciū frequentius haberetur; constat
beatę Leocadię corpus in cœnobio ordi-
nis diuī Benedicti nomine sancti Gislen, alias
Cella, ad oppidum Monsenhenao, in Flan-
dria, magna reuerentia & custodia obserua-
ri. Idq[ue] reperi in historia Roderici antistitis
Toletani reposita in huius ecclesiæ biblioteca,
libro. i. cap. de regno Egicæ regis in margi-
nea quadam additione manu scripta. Suntq[ue]
ex Toletanis ciuibus, quipiam magnę utiq[ue]
fidei & authoritatis, qui se corpus hoc sanctissi-
mum vidisse proprijs oculis dicunt & affir-
mant. Qui etiam asseuerant reuerendissimū
D. cardinalem Alfonsum Manriquum pre-
sulem Hispalensem Toleti ortum, monachos
efflagitasse, ut sibi Toletum mittendum cor-
pus beatæ Leocadiæ condonarent, quod illi
& si eleemosynam mille ducatorum dictus
presul offerret, ne sacro illo munere careret,
abnuerunt. Quū vero nec precibus nec pre-
cio sanctum illud mun⁹ impetrari posset, pla-
cuit huius ecclesiæ senatui ad abbatem et mo-
nachos dicti monasterij litteras destinare: ut

de ipso beatę Leocadię corpore , quo q̄ id modo atq; tempore ad illos peruenisset, nos tum idoneo sibi testimonio facere vellent. Missis igitur a nostris litteris anno domini. 1538. atq; tandem ab illis acceptis , cum de corporis Leocadię translatione forsan nihil certum apud eos haberetur , quod nostro senatus responderent: narrationem rerum omniū iuxta gloriosę Leocadię martyrium: per ins de ut gestę sunt: duocq; officia ad festum eiusdem celebrandum dicto capitulo miserunt, premissis ad fidem faciedam quibusdam verbis de huius vrbis situ.

DE BEATO HELLADIO CAP.XIII.

Diuus pr̄terea Helladius Toletanę eccl̄esię fuit pontifex: de cuius vita & gestis nihil penitus scriptis mandatum reperit, (nisi q̄ pr̄fuit concilio tertio Toletano , vt refert Roder.lib.2.cap.15.in quo gens Gothica Arriano dogmate abdicato catholicam fidem professa est,) Propterea forsan q̄ cū postea Toletum Barbari inuaderent , eius memoria fuit deleta libris abolitis & exustis, vs

in urbium expugnationibus fieri solet, verum subscriptio diuī Helladij in actis & subscriptionibus dicti concilij non reperitur, sed Euphemij Toletanę ecclesię metropolitani episcopi prouintię Carpetanię. Vterq; tam eodem concilio adesse potuit, gloriōsus Helladius in principio, cui a luce migrati Euphemius est suffectus, qui in actis concilij potuit se subscribere. Quam interpretationem assignauit, ne vitium aut varietas scriptoribus tribueret.

DE BEATO ILDEFONSO ET EIVS corporis inuentione. Cap. xiii.

Posteā in nostra ciuitate ecclesiaq; Tole
tana floruit diuī Ildefonsus, illustri p;
sapia Stephano & Lucia parentibūs genit.
qui humanis preconijs neuticē indiget, vt po
te a dei genitrice Maria fatis supercē lauda
tus, munereq; donatus amplissimo. Huius
sanctissimi viri corpore sub fidelissima nec
minus tuta custodia Zamorensis ciuitas frui
tur (vt statim dicit) in ecclesia parochiali eis

dem dicata. Vestis autem illi coelitus a virgi
 ne allata in ecclesia Ouetensi custoditur in au
 la, que sancta appellatur. Nullus tamen ad
 huc arcam argenteam, vbi vestis haec vnâ cū
 pluribus alijs reliquijs afferuatur, reserare
 audet. Beatus Illefonsus non solum vita, ver
 bis, et concionibus sacris, oves sibi cōmissas
 instituit, verum ex ingenij acutissimi dexter
 itate & sincerè mentis contemplatione do
 ctinge sancte volumina, ut posteritati quoq;
 consuleret, pro animarum salute compo
 suit, quorum multa perierunt temporum ca
 lamitatibus, & ipsa Maurorum in Hispan
 iam eruptione. Huius sanctissimi viri & ma
 gnæ ei⁹ eruditionis & doctrinæ meminit Ioā
 nes Tritemius in catalogo scriptorum eccl
 esasticorum seu illustrum virorum, cuius ini
 tium sequitur. Hildefonsus Toletanæ sedis
 post sanctum Eugenium episcopus, vir in
 diuinis scripturis eruditissimus & secula
 ris quoque literaturæ non ignarus, metro
 excellens & prosa, ingenio subtilis, sermone
 disertus, & super oēs sui tēporis episcopos
 facundus & eloquens, vita & conuersatione
 deo dignus atq; sanctissim⁹. Fuit enī timoris

dei instantia predictus; religione deuotus, cō-
punctione profusus, incessu grauis, honesta-
te laudabilis, patientia singularis, differendi
ingenio clarus, sapientia summus. Qui, cum
adhuc puer esset, diuino spiritu attractus, res
mundi parentumq; affectiones contemnens,
Agaliense monasterium petiit, monachumq;
se in eo multis annis decenter exhibuit. Cœ-
nobium quoq; virginum in Deibiensi villu-
la cōstruxit: quod de parentum suorum opis
bus dotauit. Abbas deinde effectus Agalien-
sis coenobij monachorum mores exercuit,
rem discreuit, vitamq; seruauit. Principali
post hēc, violentia Toletum reducitur, atq;
inibi, post decessoris sui obitū, pōtifex subro-
gatur. Scripsit multa p̄eclara opuscula, de
quibus referuntur subiecta.

De sancta trinitate. lib. i.

De imbecilitate propria. lib. i.

**De virginitate sanctæ Mariæ. lib. i., domina
mea dominatrix mea.**

Annotationes actionis diurnæ. lib. i.

Annotationum in sacramentis.

De cognitione baptismi. lib. i.

De progressu spiritualis deserti. lib. i.

Hymnorum diuersi generis.lib. I.

Sermones varij.lib. I.

Epigrammata multa.lib. I.

De missa quoq; lib. I.

Epistolarum ad diuersos.lib. I.

Cum beatissimus iste presul Hildefonsus librum de virginitate purissime dei genitricis Mariæ ad finem vscq; complesset , cui omni studio quo poterat , semper deuotissime servire solebat , apparuit ei domina mundi ipm librum habens in manibus , & gratias agens illi pro tali seruitio quod sibi gratissimum esse affirmabat . Ille vero cupiens eam altius honorare , constituit , vt celebraretur solennitas eius singulis annis octaua die ante natalem domini : que solennitas iam obtinuit , vt per vniuersam fidelium ecclesiam in honore purissime conceptionis illius sexto iduum decēbris celebretur . Vnde ei rursum beata dei genitrix apparens vestimentum sacerdotale ; quod nos albam vocamus & cathedram illi attulit , dc quibus multa miranda & gloria narratur . Hæc ille . Aduertendum tamē , quod festum illud . quod octaua die ante natalem domini celebrari consuevit , non est in hono-

tem conceptionis beatę Marię institutum. s.
cum ipsa concepta est in utero matris sue; sed
in honorem annunciationis videlicet incarna-
tionis verbi diuini; quod festū apud nos dela-
o. dicitur. Nec bis beato Illefonsō sacrosan-
ctam virginem Mariā apparuisse, sed semel
tantum legitur; imo nec cathedram attulisse
sed vestē solum, nec albam, sed casulā fuisse,
p certō apud nostrates habetur. Prēterea ec-
clesia Toletana propriū festum descensionis
gloriosissimæ virginis Marię. nono Kl. Fe-
bruarias sub celebritate pacis celebrat. Cūq;
diuus Illefonsus Toletanam ecclesiam no-
uem annos & duos menses prudētissime reli-
giosissimeq; gubernasset; regni Recifundi re-
gis duo de vigesimo anno nature concessit
io. Kl. Februarij, & iuxta sepulchrum Leo-
cadię virginis & martyris sepulture corp⁹ ei⁹
mandat. Ad cuius postea tumulū multa mi-
racula claruerunt, anima eius beatissima di-
uina visione fruente, vbi cum Christo regnat
in secula. Eadem ferme volumina, que a prē-
citato autore relata sunt, habentur in oca-
uis diui Illefonsi, que ne fastidium ingere-
rem, repeterem nolui. Exigentibus autem hoc

minum peccatis cum Hispania ferme vniuersa ab Arabibus subacta esset, & magna pars ferro atque igne populata, Astures dumtaxat Pyrenei montis inaccessibilia quedam loca incolentes Christi nomen atque religionem seruauerunt. Ad hos ergo victi, quibus mens leua non fuit, de singulis partibus confluxerunt. Quorum plerique reliquias & sacratissima quecunque ex proprijs ecclesijs in ea loca deportarunt: inter quae Christiani cum multis reliquijs, quibus Toletana ciuitas locuples tissima erat, vestem illam sacratissimam, quae dei mater Beatum Illefonsum decorauerat, in urbem Ouetum Asturiarum caput de tulerunt. Ferebatur & illuc corpus beatissimi Illefonsi, sed forte apud Zamoram depotatores prepediti in ecclesia sancti Petri loco abditissimo illud reposuerunt. Crescente vero in dies clade etiam Zamora barbaris cessit. Quo circa sublata est hominibus illis rursum resumendi copia sequestratum pignus. Transferunt autem post haec tempora multa, & quoniam frequentari deinceps a libris non potuit, res excidit memoria. Postquam deo miserante opera piorum regum

Castellę Christo regnū paulatim restitui cœ
pit. Zamora quoq; in christianorū ditionē re
dixit: pastor ex Toletanis oris in eā vrbē cū ve
niisset pauper habitu, sed diues sanctitate in
gressus tēplū beati petri oſone facta cepit ſin
gula circum luſtrare, curiosius inſpicere: quē
furtū edituis moliri arbitrātibus, dixit ſe nō
effe ſurem nec aliquid mali facturum veniſſe;
ſed velle habere copiam alicuius ſacerdotis
atq; deum timentis, cui grande ſecretum ma
nifestaturus erat. His auditis ductus est ad
quemdam Didacum ſacerdotem grauifimū
coram quo genibus prouolutus cœpit, quaſi
peccata ſua conſitens, huiuscemodivisionem
enarrare, pater mi, vidi inquam raptus in ſpi
ritu in patria mea pontificem quēdam, vultu
decorum, incessu grauem, & omni corporis
ornatu gloriosum, qui ſua admodum mellis
flua voce me allocutus ait, ego sum Illefonz
sus quondam Toletanę vrbis antistites veni,
ſequere me, quem ſecutus, viſus ſum in hanc
vrbem perueniſſe; & in hanc ecclesiam intrā
re: vbi quum eſſemus, hic inquit, & designa
uit digito locum, hic corpus meum abſq; ho
nore iacet. Anima duerte fili ne in manifeſtan
da virtute

da virtute dei vlla te ignauia teneat, dei enim
 verbum est, quod non tam ex me, quam ipso
 iubente impero: quibus dictis euanuit. Ipse
 ad me reuersus, domo & familia relicta, in
 hanc urbem & ecclesiam venio, quibus omni-
 a signa, que in spiritu cognoui, inesse vi-
 deo: habes iam pater optime causam mei ad-
 uentus. Didacus autem ille, ut erat grauis &
 timoratus vir ecclesiæ capitulum cum nonul-
 lis laicis prudentibus congregauit, rectaque
 ibidem agitata omnium sententia fuit, ad vni-
 peregrini atque hominis ignoti dictum nihil esse
 tentandum. Exiit nihilominus sermo in au-
 res hominum, & si creditum a multis fuit; nul-
 lum tamen periculum factum est. Regnante
 autem postea Ildefonso huius nominis octa-
 vo rege Hispanie, quem Aſſuerus ecclesiæ Za-
 moranæ præſul illam beati Petri ede amplia-
 re vellet: pro iaciendis colunarum fundamen-
 tis, terra altius foderetur; forte in loco, quem
 pastor designauerat sarcophagū ostenditur
 marmore opertum, quod in cautis ictibus
 fossores confregerunt. Erant in illo reliquiae
 humani corporis suauissimum quendam, su-
 pra quam dici potest, spirantes odorem; quo

f

tota terra adiacens videbatur persusa / tunc
vero quę a pastore relata fuerant, in memo-
riam venerunt, erat etiā super marmore epiz-
taphium insculptum, sed quia fossorū inad-
uertencia cōminutum est, coadunatis qui-
dem partibus quantū humano ingenio atq;
labore fieri potuit, hoc tantum lectum est.
Patris Illefonsi archipræsulis Toletani. Robora-
ta est deniq; fides maxime ex miraculis que
sancto confessore inuocato facta iunt, Epis-
copus cum clero atq; vniuersa ciuitas gaudē-
tes et exultātes, Zamora tāto munere ditata;
iuxta altare beati Petri in eadē ecclesia illud
condiderunt, vbi innumera miracula quoti-
die fiunt, que omnia frater Ioannes Egidius
Zamoranus ordinis minorum vir apprime
eruditus usque ad sua tempora, quam dili-
gentissime descripsit. Quum hoc sacratissi-
mum corpus multis ānis in loco abditissimo
repositum esset paucis sub sacramento astri-
ctis illud dūtaxat scientibus, anno domini
millesimo quadringentesimo in hoc inuen-
tionis die ex eo loco eductum supra altare
ipsius maximum ponitur cunctisq; ostēsum
est, vbi miracula multa denuo visa sunt, mu-

ti loquebantur / varij infirmi curabantur / fre
quentes turbæ vndiq; ad has sanctas reliq;as
venerandas confluxerunt: tandem post dies
octo in saccello , quod eit supra ipsum alta-
re intra capsam magnam argenteam deaura-
tam inclusum honorifice ponitur, vbi a cun-
ctis cernitur. Hęc habentur in historia quæ
legitur de corporis beati Illefonsi reuelatio-
ne in ecclesia Zamorensi,

DE BEATO IVLIANO CAP. XV.

DIUUS deinde Iulianus huius ecclesiæ ar-
chiepiscopus qui tertius a beato Illefō
so in ecclesia Toletana suscepit; productus,
vt Roder.lib.3.cap.12. ait, ex traduce iudeo-
rum , vt flores rosarum inter spinarum ves-
pres , omnibus mundi partibus ob Christi
doctrinā innotuit. Qui etiā à parentibus chri-
stianis progenitus splendide in omni pruden-
tia Toleti manebat edocitus Vbi & postmo-
dum episcopatu extitit decoratus . Et rur-
sus idem, D. Roder, eiusdem lib. cap. 13. de-

concilio. 15. Toletano loquens de sancto Iu-
lianō mentionem facit. Eius (inquit) in tem-
pore liber de tribus substantijs, quem dudū
Romam miserat primas sanctissimus Iulianus.
& minus caute tractando Benedictus pa-
pa indixerat reprobandum, ob id, quod vo-
luntas genuit voluntatem. Sed sanctus Iu-
lianus veridicis testimonij in hoc cōcilio ad
exactionē Aegicē regis per oracula eorum,
quæ Romam transmiserat, verum esse firma-
uit, & apologeticum fecit: & Romam misit
per suos legatos, presbyterum, diaconum &
subdiaconum, viros eruditissimos, & in om-
nibus dei seruos, & diuinis scripturis imbū-
tos, cum versibus etiam acclamatorijs, secun-
dum quod & olim transmiserat de laude Ro-
mani imperatoris. Quod Roma digne & pie
recipiens cūctis legendū indixit, atq; impera-
tor acclamando laus tua de⁹ in fines terre, le-
ctum sepius notum fecit, qui & rescriptum
domino Julianō per supradictos legatos cū
gratiarum actione & cum honore remisit, &
omnia quęcūq; scripsit, iusta & pia esse asse-
ruit. Eius etiā meminit magister sententiarū
lib. 4 dist. 44. illius extat liber inscript⁹ pro-

gnosticon futuri seculi tres continens tractatus; primus quidem agit de morte & transitu ex hoc seculo, alter vero de receptaculis animalium post mortem, ultimus autem de resurrectione sanctorum & extremo iudicio. Scripsit & alios libros de sancta virginitate; de vitiis & virtutibus, de natura anime, de contemptu mundi, epistolarum item volumen ad diuersos, ut refert Ioannes tritemius in catalogo ecclesiasticorum scriptorum. Fuit beatus Julianus sacris literis abunde eruditus, claruit sub Eraclio imperatore; non sub Mariano, ut Tritemius scribit.

DE BEATO PETRO ARCHIDIACONO Toletano.

Cap. xvij.

Petrus Oxomensis Illefonsi sexti regis tempore sub Bernardo Presule ecclesie Toletanae archidiaconatum obtinuit. Qui postea creatus Oxomae antistes, eius ecclesia que per Sarracenos iam diu populata proieccepit iacebat a fundamentis construxit. Atque humilitatis suffultus prerogativa hominum mores reformauit, animarumque lucra ingenij.

*si cura quæsiuit. Qui ab ecclesia Toletana
non parua veneratione colitur. O fœlix Car-
petania tantis tamq; illustribus decorata pa-
tronis, fœlicior Toletana ciuitas que tā egre-
gios viros alere meruit, fœlicissima ecclesia,
Christi matris ac tantorum heroum sedes &
habitaculū, quæsicq; terreus quidā paradis⁹.*

CDE ORNATV AC VENVSTATE
altaris choriq; maioris. Cap. xvij.

IAm altare ipsum , in quo vnigenitus dei
filius eterno patri pro salute humani gene-
ris quotidie victimatur , per quam sublime,
multoq; alijs quotquot alibi sūt (quod sciā)
excellentius e iaspide constructum; stemma-
tibus enim nostrę redemptionis insignitum,
ornatur longo ordine imaginum adeo nati-
uos vultus exprimentiū . vt eis præter spira-
culū vitę nihil deesse videat . Surfū vero me-
dium tenet locum effigies gloriosæ virgi-
nis argentea veste amicta ; quam plurimorū
imagines sanctorum circumstant. Quorum
nomina singulatim referre superuacuum du-

xi. Hoc tamen non omissam adeo ad viuum
 effectas esse, ut a Phidia elaboratas antiquus
 censor esse contenderet, id quod nunc anti-
 quarius facile iudicabit. Celeberrimi itaque hu-
 ius operis perfectionem, cum ad vnguem ex
 primere nequeā (quę eius est amplitudo sin-
 gularis) exēplo Timātis, ut ille Agamemno-
 nis vultum, ego has effigies silentij velo con-
 tegā. Dextra leuaque vetustiorum regum de-
 aurata monumenta altare circundant. Dex-
 tram occupant partem imperator Aldefon-
 sus septimus, necnon sanctius rex eius filius
 cognomēto desideratus. Sinistram vero san-
 ctius rex cognomento ferox. & Petrus infās
 filius Aldefonsi regis, qui dicitur Guadalfa-
 jarę accipitris vulnere occisus. Quę quidem
 monumenta singulis dominicis diebus, an-
 teaque populus, qui de more congregatur,
 aquis lustralibus expietur, a sacerdote ei rei
 praefecto aquis eisdem prius asperguntur,
 satis digna & religiosa memoria, æquum
 est enim, ut defunctūmanes & reliquię sed
 presertim regū & p̄cipū quovis honore &
 pietate cōdecorētur. Verū propter dignitatē
 debitāque huic altario reverētiā, nemini ibidē

f. iij

Sacrificia offere conceditur, preterque prelatis
aut dum ipsi non celebrant, canonicis Tole-
tanis. Ad hanc aram non cuius patet accessus,
sed tantum ministris altaris. ut in c. i. de vita
& honest. cleri, ideoque deauratis claudit bre-
uis cancellis apprime eferro factis, sexto
gradu a sacro altari & quarto a paumento
aspideo distantibus; quo viri ad diuina solent
conuenire: eosque a foeminis separant ingentes
mirumque in modum editiores clatri. Super
quos Christi redemptoris nostri in crucis li-
no pendentis imposita est imago. De quorum
artificio & operosis caelaturis, simul & de his
quibus chorus beneficiariorum clauditur pau-
lo post priuatim dicetur. Duo suggesta vtricque
cancellis adherent, suffulta validis colum-
nis e aspide variegatis. Quo etiam aspideo
lapide candido marmore variante, omnes di-
cti gradus simul cum paumento sunt strati.
Huius sacri altaris absides ac testudo auro li-
niatæ prefulgent. Lampas argentea magni
ponderis, in medio pendens perpetuam flam-
mam obseruat. Quem suffecta fuit loco alte-
rius amplissime, quam rex ille Aragonum Fer-
dinandus tritauus tuus post expugnationem

vrbis, quæ vocatur Antequera, ante^q ad regnum Aragonum capessendū proficisceretur, D. Ioanne fratri filio in regna Castelle et Legionis collocato, ecclesię donauit. Quę postea bellis illis ciuilib⁹ (quę vulgo comunitates sub initii imperij inuictissimi Cesaris nři Caroli quinti subortis pecunię vsibus subseruiuit Lāpadi huius chorū olim quidā nobiles genere, sed fide & religione nobiliores, cupientes terrena in celestia & transitoria in æterna felici cōmertio cōmutare, tria oppida reliquerunt: duo in episcopatu Secōtino Vtrilla & Almalues tertiumq; in episcopatu Palentino Villumbrales nuncupata. Quę oppida nostro Hispano sermone, dela lampara de sancta Maria de Toledo dicūtur. Sinistrum huius chorū latus cancellis ferreis occlusum est lapideis columellis iniectis: dextrum vero duabus eisdem q; humilibus partet iānuis quarum medio superne iacet Petrus ille Gundisalvius Mendocius cardinalis Hispanię tituli sanctę crucis in Hierusalem, patriarcha Alexandrin⁹, archiepiscopus Toletanus, episcopus Secontinus, abbas Pincianus, qui & Valisoletanus dicitur, in eodem

dextro chori pariete marmoreo conditus se
pulchro , cuius hoc est epitaphium .

Cardineo quondam Petrus lustratus honore
Dormit in hoc saxo nomine qui vigilat .

Obiit autem anno salutis . 1495 tertio idus Ianuarii .

Et quamuis magnificus sumptus sepulturæ
magis sit solatium viuorum q̄ defunctorum
subsidiū , ut inquit Gregorius in cap . animę
defunctorum 13 . q . 2 . iure tamen conceditur
prælatis pro magnificandis proprijs sepultu
ris centessimam partem census ecclesie , cui
prefueruntelargiri , ut in c . ad apostolicę de
donationibus . Mirum profecto videretur
virum hunc quantūvis illustrem tam hono
rifico & sublimi loco prope regum monu
menta sepeliri , nisi adeo de hac ecclesia uni
uersaq̄ re publica christiana bene meritus ,
admodumq̄ catholicis regibus dilectus fuīs
set . Qualis vita huius amplissimi præsulis
fuerit , morte mirabili & placida compro
batum est . Die enim obitus supra eius pa
latium in vrbe Guadalfajara crux albalon
gior quadraginta cubitis aere pēdens viden
te populo apparuit . Quod miraculum ipsi
Cardinali iamiam ab hac luce migraturo

cum renūtiaretur iussit continuo missam de
cruce coram se celebrari. Quia audita ani-
mam creatori suo tradidit. Nec mirum hu-
ius illustrissimi viri vitam tam insigni fini-
ri miraculo qui cum in humanis ageret pro
crucis honore & deuotione multa insignia
& præclara gessit opera: hospitale enim in
hac inclyta vrbe sancte cruci dicatum post
obitum suum construendum mandauit: con-
struxit etiam collegium Valisoleti eiusdem
& dedicationis & nominis: refecit preterea
basilicam vrbis tituli sancte crucis in Hie-
rusalem & in quadam eius abside loco ab-
ditissimo titulus superscriptionis salutife-
ræ crucis / in qua Christus seruator no-
ster pro humana salute pependit, litteris
Grecis Latinis & Hebraicis Pilati iussu &
imperio scriptus repertus fuit / qui ma-
gna veneratione & custodia in eadem af-
seruatur ecclesia. Titulus etiam cardina-
litij honoris / quo extitit condecoratus, fuit
sancuae crucis in Hierusalem. Obiit tan-
dem hic præsul immortalis memoriæ cardi-
nalis ex illustri Mendociorum familia die
veneris qui etiam cruci dedicatur, cui viro,

cum semper ipse fuissest summo studiō & re-
ligione pretiosę crucis cultor et venerator in
extremo vitæ deus maximus remunerator
optimus arrham adipiscēdę glorię crucis mi-
raculo(vt diximus) tradidit. Munitur exte-
rius huius basilicę altaris ambitus, albo lapi
de effigiatis quam plurimis eiusdem materię
imaginibus, a Christi videlicet incarnatione,
vsc̄ ad lotionem pedum apostolorum: histo-
riam euangelicam demonstrantibus. Inter
quas a tergo(vt sic dixerim)chori media est
coronatio gloriosæ virginis graphice depi-
cta. Chorus hic semotus est sexaginta sex
pedum spatio ab extremitate ecclesię oriens
tem versus. *ab frā j. mons. būneros*

CDE CHORO BENEFICIATORVM Cap. xviii.

CHorus deinde alter, quem beneficiato-
rum possumus appellare, vbi assidue ho-
re canonice decantantur, eregione est. Quis
autem illius maximam amplitudinem nō mi-
retur? Cuius interiorem exterioremq; ambia-
cum nec Vitruvius ipse describeret, cū mate-

riam opus superet sumptuosissimum. At ne videar (quod turpe esset) pedem referre aliquid de huius loci maiestate pro virili subnectere non grauabor. Continet quippe non longe post cancellos, quibus clerus a promis-
cua turba distinguitur, altare deipere virginis dedicatum, iuxta quod duo cerea magna funalia officijs diuinis prebet lucem perenne. Imminet ctiam non longius lapas noctudiump iugiter ardens. In hoc altari singulis diebus horae prime canonice missa subiungitur, que vulgo de prima dicitur: demptis tamen solenis, quibus iure prohibitum est, deo pecunaria sacrificia publice offerre, ne populus ab audienda re diuina festiuis diebus prescripta abstrahatur. Sunt circum circa bini sedilium ordines omnibus sane numeris absoluti. Communis omnibus materia est ex aridissima nuce. Sublimiores vero sedes fulua e iaspide distincte sunt columellis, patrum veteris testamenti effigies ex alabastro candidissimo genealogiam videlicet Christi secundum carnem exprimentes adamusim sculptas superne continent. Singuli autem (ut sic dixerim) stalli aliquiores singulas ex eodem lipidissimo alabastro

fortiuntur paruas testudines singulis bottis
aureis intrinsecus lacunantes. Horum supe-
riorum sedilium extrema quibusdam titulis
utrinque clauduntur. Dextrum quidem hu-
iusmodi tenet, An. Sal. M. D. xlivij. S. D. N. Pau-
lo. iij. p. M. imp. Carolo. V. aug. rege. ill. card. Io.
Tauera. V. antis. sub sellijs suprema manus impo-
sita Didaco Lup. Ayala. vicca. præf. fabricæ. Simi-
strum vero hunc. Signa tum marmorea tum li-
gne a cœlauere, hinc Philippus Burgundio, ex ad-
uersum Berrugetus Hispanus, certarunt tunc ar-
tificū ingenia, certabūt semper spectatorū iudicia.
Quoniā tamē alter ex his artificibus Philip-
pus videlicet Burgundio, dum hęc elabora-
bantur, fatis concessit fortuna sua nimirum
cauente, ne post tam egregiū et insigne opus
inferius aliquid animo conciperet, capitulū
nostrum beneuolētię testimonium lapidem
marmoreū benemerēti posuit. Is a tergo cho-
ri iuxta altare virginæ descensionis est epis-
taphio elegantissimo inscriptus, quod ea de-
ausa apponere placuit ne sit qđ iure lector
lesideret. Philippus Burgundio statuarius, qui
et manu sanctorum effigies ita mores animo expri-
nebat: sub sellijs chorii struendis intentus opere pez

ne ab soluto immoritur. Demum parietum fastigia versicolore iaspide teguntur, ad quę per latitudinem ipsorum parietum, a laterib⁹ est ascensus duarum se inuicem spectantium ianuarum, quę tamen sedilium ordinem nō interrupunt. Inferior vero subselliorū series bellum Granatense, cælaturis fane nativis refert. Media est ceterisq; omnibus excelsior cathedra pontificalis auratis suffulta columnis; quam augustiorem reddit imago salvatoris nostri in monte Tabor se transfigurantis, ex alabastro nitidissimo niueq; candidiore summa arte fabrefacta. Adstant ibidem Moises & Helias quasi cū eo loquentes, atq; apostoli, Petrus, Ioannes & Iacobus, prēni mio inopinatoq; splēdore voceq; e cœlo repente delapsa stupefacti ac pauentes. Ornata est etiā hęc sedes introrsus signo ex eodē alabastro almę virginis beatū Ildefonsum cœlesti chlamyde induētis, idq; circulari lībo deaurato ipsā imaginē ambiēte. Ad eā vero sedē priuatis gradibus sit ascēsus, quib⁹ nemini licet scādere; prēterq; archiep̄o et decano nec nō Toletano archidiacono. Dign⁹ pfecto loc⁹, in q; archip̄sul Hispaniarū primas vtrincq;

dignitatum antesignanorum canoniconum,
portionariorum aliorumq; beneficiatorum
magna caterua circunseptus, sublimior cun-
ctis medius presidet vt iure cautum est i cap.
episcopus el. 2. distinctione. 95. Ad cuius dex-
teram primum tenet locum archidiacon⁹ To-
letanus , quem iura canonica episcopi oculū
appellant, precipue textus in cap. ad hæc de
officio archidiaconi . Secundum vero archi-
diaconus Talabrigensis, Tertium cātor siue
præcentor, vt. c. clerros circa finem. 21. distinct.
quem mesochorum seu capischolium vel pri-
micerium appellant. c. perlectis. §. ad primi
cerium. distin. 25. Thesaurari⁹ sacri erarij cla-
uiger quartum, Archidiaconus Oretanus si-
ue Calatrauēsis quītum, Abbas sancte Leo-
cadię sextum Vicarius ciuitatis septimū. Ad
sinistram vero primus sedet decanus , qui in
absentia prelati tam in choro q̄ in capitulari
congregatione presidet omnibus Secundus
deinde sedet archidiaconus, quem Mantua
num aut Madridiū appellat, Tertius Scho-
lasticus Toletanus , scholarum prefectus.
Quartus archidiacon⁹ Guadalaiarius; Qui
tus archidiacon⁹ Alcaracensis. Sextus abbas

sancti

sancti Vincentij. Septimus deniq; sedet sa-
 cellanorum (quem vulgus capellatum maio-
 rem appellat) prepositus. Sequuntur deinde
 canonici quadraginta numero, ordine prout
 quisq; in præbenda obtinenda præcessit, in
 altioribus subselijs conseruentes. Ad quæ
 binis vtrincq; scalis conscenditur; illisquidem
 quæ penitus ab aditu recedunt, antiquiores
 canonici gradiuntur, his vero, quæ magis
 ad aditum appropinquat iuniores recentio-
 resq; canonici, omnesq; item portionarij, nu-
 mero quinquaginta conscendunt. Viginti pre-
 terea canonici, qui extrauagates cognominā-
 tur, & quadraginta semptem capellani, infe-
 riores sedes occupat. Sunt etiā q; tuor lectores
 (de quoru officio. c. lector. 23. dist.) & acolit⁹
 vn⁹ mancipat⁹ ad accēdēdos ecclesiæ cereos;
 vt in cap. acolitus eadem dist in. aliis itidem;
 qui curā habet aperiendi claudendic⁹ libros;
 quibus in choro cantatur. Quadraginta etiā
 clericuli stipēdiarj; quos dicunt sacrificulos;
 ex quibus sunt sex electi ad musicam, qui no-
 men a numero fortientes se ies appellantur,
 ultra quos multi alij deseruiunt gratis, vt ri-
 tum ecclesiasticum doceantur: qui tamen in

emigrantium locum aut alio digredientium
ordine antiquitatis sufficintur, Clerizelli au-
tem a choro discedentes eiusdem antiquita-
tis iure, capituli approbatōe in collegiū san-
cte Chaterine coaptantur grāmaticis rudi-
mentis instituendi; cæterisq; omnibus, quæ
ad latini sermonis & liberalium doctrinarū
cognitionem necessaria sunt. Liberum est ta-
men eiusdem collegij patrono, in quibusdā
certis, quem libuerit citra vllum antiqui-
tatis ius in defientis locum subrogare. Hu-
ius vero collegij erectio (quod non medio-
cre ornamentum vrbi huic Toletanæ attu-
lit) opus est Francisci Altarez Zapata sco-
lastici Toletani canonici & apostoloci pro-
tonotarij viri & prudentia & morum hone-
state & splendore literarum clari: de cuius
virtutibus & gestis si in præsentia esset agen-
dum, integrum aliquod volumen exstetere
tur, neq; obiter aut perfunctorie tractandū
esset, sed præstēt illi hoc officium collegij ei⁹
incolæ, quibus & ocium & facultas maior
suppetit; nec patiantur viri dignissimi, & de
eis ac vrbe nostra tam multipliciter beneme-
riti, memoriam in tenebris delitescere, Sed

iam ad rem. Super utrumque huius chori latus flacilis musicæ organa & instrumenta quedam musicæ (que choros vocant) collo cantur. In dextro latere chori statua armata Didaci Lupi de Haro domini Vasconum antonomastice inter proceres Castelle boni nuncupati flexis genibus deum videtur orare, qui inter alia elargitus est cæreum diu noctuque dum horæ canonicae dicuntur ardorem. Est præterea in medio chori erecta magna quedam etiæ aquile effigies alis expansis librorum pluteum dorso efficiens, sustinensque librum, in quo orationes prophetias lectionesque sacerdotes & ministri concidunt, ad quam quinq[ue] gradibus ligneis ascendunt. Huic adiacent ex utroque latere aliquantulum semotæ binæ aquilæ ligneæ duo plutea facientes: que singulis chori partibus praestant, ut psallentium magna volumina tenent. Totus hic chorus extrinsecus superne historijs a mundi primordio usque ad legis dationem Moysi gesta referentibus undique cingitur / auratisque hinc inde distinctus lineis longe nitet. Eius vero paucum marmore cooperitur, distatque a tria

bus portis occidentalibus centum triginta pedes, a choro vero altaris maioris quadraginta duos. Quod interuallum albo nigroq; lapide quadrato in modum tabulæ latrunculariæ stratum, fêmeineus sex⁹, ut horis diuinis assisteret, sibi vendicauit: ubi septem lampades semper ardent.

CDESCRIPTIO CLATRI, Q VI EST
ante chorū eucharistie. Cap. xix.

Quoniam oportet promittētem memo-
rem esse; ante q̄ ab hoc loco discedaz-
mus, utriuscq; chori clatri nobis describendi
sunt. Cum enim ex prisca materia & opificio
rudes oli & squalore rubigineq; obsiti habe-
rentur, placuit hoc ipso tempore ecclesiæ no-
stræ presuli & proceribus in meliorem faciē-
mutare, qualis a me primitus nunc exprime-
tur. Vbi si operis difficultate vici⁹ fuero, ne
mini mirum videri debet, res est enim labo-
ris plena, & quæ virum in architectura peris-
tissimum requirit, In porticu ergo siue am-

bulatione maxima huius sanctę ecclesię clas-
trus est, qui augustinissimum facellum a qua-
driualli structura seu quadriuio camerato-
rum arcuorumq; porticum diuidit. Fer-
ro misturaque cupri & orichalci constant cā
celli: metallis miranda inter se statutis impa-
gine . Qui eo quod impendio atq; eleganti
specie non cedant alicui operi , atq; fere om-
nium opinione sint opus optime diffinitum,
rectissimeq; absolutum omniū (si des paria)
in Christi vrbibus erectorū; non absfre duxi:
singulatim de eorū ordinatione agere. Clatr
ergo (altissime princeps) a pauimēto quadri-
uallis structurę attollitur podio ex variega-
ta iaspide dodrātis altitudine: quod socco to-
tius operis p stereobata est. Huius socci ex-
rema transuersaq; de predicta sunt iaspide,
media de marmore albo ,ad rationē doricam
omnia perfecta; si altitudinem latitudinē sis-
ue longitudinem spectes. Ecphoras habet &
projecturas soccus ad omnia membra ex se
producenda, quibus ex hac et illa ostij parte;
quod in medio ad usum facelli relinquitur:
bina & semis reduntur intercolumnia; quod
si id, quod portæ spacio conficitur. numeres:

g ij

erunt vniuersa sex. Huius (quod appellam⁹
transtrum) dispositio sic habet. Imo huius
focci (vt discernantur inter columnia) exprimuntur
stylobate⁹ atticurgi sex iaspesi sesqui
pedali altitudine crassitudinec⁹ debita. Pro-
currit super sūmos cymatiū projecturis itē
expressum Media inter iaspidis tenias (vt di-
xi) marmorea sunt; cælata munitaç⁹ orichal-
co igne inaurato. Signa in matmōre cuprea
aliquantulum quidem crassiora sunt: vt ge-
nus exigit doricum: ornatus tamen crassitu-
dinem occulit. Illud de cælatura: tali tanquam
simplici distributione obtegi omnia: vt ex
vnica & continua materia vniuersa deducta
videri possint. Ad libramentum sex styloba-
tarum (quos in transtro locauimus) consur-
gunt columnæ sex ferree necnon & orichal-
ceæ, doriec⁹ identidem & aliquantulum ad cō-
positum gentis accedentes, quadrate hec, ac
vnaquec⁹ tetrantorum facies anconibus &
scalpturis ad atticurges Vitruuij decinat.
Quarum nec vniuersarum neç⁹ singulorum
tetrantium opus perstringere animus est, ne
nimis longo sermone pariam tuę celsitudini
fastidium. Vnum hoc argentum subtilius

signatum nunquam : quam nostrę sunt atti-
curge. Accipiunt vice capitulorum , vel de-
ducuntur hę sex columnæ ad sex humanas
statuas nomine terminos: orichalcei hi , femo-
ribus tenus facti , ut quondam in deserto-
rum vel montuosorum triuijs locabatur in
pila Mercurius , iusta pene sunt crassitudi-
ne , altitudine quatuor pedum & semis , in-
tegri sine iuncturis , caui , semel fusi . Hos
maximi faciunt architecti , quod adeo abso-
lutis vultibus sint , brachijs , renudatis quod
membris (dicam?) ac natura rerum effin-
xisset . Columnę totæ vndenos singule al-
tę pedes sunt ; quibus imponitur ionici ca-
pituli cymatium , quod sequuntur episty-
lium , zophorus , corona , que membra exas-
missatim perfici non potuere ad exactio-
nem doricam : quia si rata altitudine prout
columnę constituerentur : prospectum om-
nem cathedrę archipræsulis & canonico-
rum subsellijs obtegisset . Vniuersę par-
tes predictę altę sunt pedem . Celatus in-
teriacet zophorus opere cryptico , vel in-
cumulorum fornicibus adinuento (quod vi-
truius lib. septimicapite , s. appellat mōstrā)
g iij

tenui scalptura; admista et humana vultuū si-
gna modica, crassa cælatura. Expurgatur ar-
chitectonicī moduli transgressio elegātia; de-
coro, ac singulorum cura & subtilitate. Ter-
minorū intercolumnia clatrāt incerti siue no-
uē excogitationis styli: balastia a media simi-
litudine appellati, ea arte conditis disposi-
tisq; sp̄iris, limbis, ac armillis vel annulis, re-
liquoq; ornatū, vt lucē adeo trāsmittāt equa-
bilē et imperturbatā, æquisq; medijs peruiā:
huius vt scalptura alterius signis nil obstet,
omnia in ferro excauata, sublataq; celo ī fer-
ro solido. Orbiti sūt styli: sicque recti, vt per
multorum sit opinio ad tornū equati. Ad per-
pendiculū terminorū totidem cōsurgūt ope-
rissora balastia; quorū nulla non pars nobili-
catur scalptura sumptuosa, exactissima, sub-
indeq; æstimāda septenos pedes alta, rataq;
crassitudine; cōpositum genus, vt quibus do-
ricis vasib⁹ capitula superponātur corinthia.
Clatrantur & hēc media nouis columnis: vt
inferiora, idē construūt opus ac inferni styli:
quo ad claritudinē trāsmittendam intelligo:
structura enim corinthij sunt atq; compositi
generis: mira venustate illo huic ingesto. Iā

nunc augustioribus hisce columnis & incer-
tis stylis succedit epystilliū, zophorus; ac co-
rona eorundē generum, vniuersa triū pedū
insumunt altitudinē. Epistylum corinthium
tantumodo est, tam rectū, tāq; adamussim;
ac si constaret materie. Zophorus vero in ca-
uis eloboratur fornicibus in rotunda forma:
perficitur opere crypto, frondibusq; et cau-
liculis aptissime dispositis. Cauis etiā forniciū
præfulgēt miro ordine humanorum vultuū
effigies, prominentibus capitibus, projecta
sculptura: vultus verissimillimi pari cum re-
presentatis magnitudine. Ipsa cava floribus
itidem implentur tornatilibus, pedali circi-
ter projectura: qui sic zophorū superbo cre-
pantique opere attollunt: ut maxime deceat:
quocq; venustetur ecphora, conflato ere mō-
stra adhibentur conuoluta, dispansas alas tē-
dencia. Succedit corona, cuius omnia mēbra
consentiant, committuntur, correspondent,
serieque dispositissima locantur. ouatu in so-
lido ferro tumenti alijsq; celaturis subtilib⁹
ac (si materiam respicis) magnificentissimis
decoratur, huius projectura sesquipes. Epis-
tylum cum hac corona ferrea sunt; zophor⁹

creus; aurolita vniuersa. Huic demum coro-
ne coronis innititur; que vniuersæ structure
coronidem apponit; media (qua parte ianuæ
clatri dirigitur) quatuordecim pedes alta est
contrahuntur latera iuxta architectonicam
rationem. Huius laboris summi, complemē-
ti, finitionis, siue apicis medium obtinent im-
peratoria insignia omnibus particulis vel stē-
matis indicij expressa. A quorum lateribus
siue inter uallorū impletione, nobiles adstant
celature cryptico opere. Hinc inde archipre-
fulis symbola. Haud longo distant spacio
insignia ecclesiæ cum adiunctis tam egregijs;
tamque diuite opere, ut templo claritatem
possent dare vel siugula. Medium acrote-
rium est simulacrum Iesu Christi crucifixi;
cuius imagini tota ciuitas religiosissime de-
uouetur; antiquissima effigies magni est arti-
ficibus perpendentibus quando excussa; hu-
manam statuam vlna superat. Cum ergo sit
aliquanto maior statua; subindeq; pōderosat
nam cruci ferree adh̄eret identidem equa ma-
gnitudine, tanto appendet artificio; ut aerem
pro basi premere dicas; Ab ima corona ad sū-
mum crucis vnius & triginta pedum est altis

tudo Claudamus postremo inexhausti labo
ris opus ianua viginti vnius pedum altitudi
nis, vnde cinq; apertio[n]is vel interualli; dua
bus dimidijs valuis intro impulsis patescit
(meo iudicio) nobilibus, quod moles ferrea
tante magnitudinis non potest non & magni
ponderis esse; hec autem versantur facillime.
Imē valuē loco socculi iaspei, marmorei,
erei q; (de quo inter prima meminimus) fer
reis tabulis pro intercolumniorum clausura;
facta duo celata habent: quorum alterum
puerorum prēlium equestre est, alterum an
tiquum sacrificium, singulē tabule singulis
valuarum subsunt. A factorum laterib; qua
drē patent, cum effictis leonum ereis capiti
bus, relatorum magnitudine: que annulos
mordicus tenent: forum unaquęq; binis or
natūr prēdictis simulacris; media extat lami
na cum facti celatura. Magnificentissimum
opus, nec nisi duobus integris absolutum lu
stris; magno artificum numero sine inter
missione operante; aurata omnia; ac verius
aurea: ut eruditorum iudicio requiri ultra
nil possit,

DESCRIPTIO CLATRI PRO CHO
ro beneficiariorum.

Cap. xx.

CAncelli chorii huius symmetriate, magnificenter examissimque elaborati sunt. quorum haec membra. Podium insperata tessellatimque marmoreum duobus nos inuenit gradibus cōmodis ad introitum, his inest ferreus soccus solidus, excusus, unde totus consurgit clarius. Socco innituntur septem stylobatae equis discreti interuallis; qui quidē & quadrati sunt sculpturisque perfectissimis in quauis tetragoni parte conspicui; nec desunt scamilli, gulæ, & cimacia. Ab stylobatis vero coniunctis hinc inde pilis siue lapideis columnis, quibus ferrum connectitur: ad stylobatas cōtiguos aditibus (duobus enim immittimur) tredecim sunt striati stylis incerti siue noui generis vel excogitationis (quos Balaustia nuncupant) hac arte perfecti; basibus decorantur, orbiculis; globisque in modum pensi, nec non & cōditis (seu mauis annulis) cum coronatis capitulis. Seqūuntur fores, quarum singule denis prae signiuntur incertis stylis eiusdem cum predictis formæ. Intra forium spaciū stylobatae sunt

tres duo reddētes interualla vel intercolumnia; decem paribus stylis clatrata. Succedit prēcinctio toris, balleisq; deformata, quę sū ma stylobatarum ac incertorum stylorū ambiens procurrit. Vniuersa autē quę huc vscum sumus exequiti, a socco ad prēcincionem appellant nostratres architecti transtrum. Iam huic ferreæ tahulæ seu dislocatæ coronæ ad stylobatarū libellam septem incumbunt augstiores columnę mistę, quę ad ipsum prouehūtur epistylum, varijs conspicue ac exatissimis schematibꝫ; Columnę singulę e modo relatis septem bases habent ac orbes; medie in formam crateris nouę excogitationis eximię & ipse magnificentissimis excussionibus in ferro haud cauo. Carchesium nimirū cū fundo & operculo celaturis, sculpturis & coronis extat aduertendū; cui super est pensum ferreū late patentibus apte que intortis folijs pansum striatumq; ad imum capitulū: ornatur & annullis supraq; capitulo corinthio. His septem columnis interiacent totidē maiores incerti styli ac in transstro. Inter stylobatas etiam interualla claudūtur nouis columellis; vt enim suprasingulos stylobatas

eminent columnę singulę: eodem pacto noui
generis stylis singulis paruis , singuli impo-
nuntur magni styli , qui ipsis fulciantur . Ipsi
sane basibus constant ac armillis medijsque
crateribus paruis romana arte statutis ; quos
alteri consequuntur orbiculi postremo capitu-
la . His maioribus stylis insidet suis fascijs ex-
pressum epistylium . Supra zophorum incer-
tis stylis ac scalptis signis & vultibus utraq;
facie perfectis videre est . Singulorum vultuū
& stylorum numerus duodetriginta alterz
natim partitus . Eiusdem operis balastia ac
quibus absolutum est transtrum . Collucent
inter hęc signa ac stylos sex veterum effigies
nomine termini . Medius zophorus insignia
cōtinet pfecti operū eclię . Latera eiusdē duo
bus admonere videtur literaturis , externos .
Procul este profani , internos . Psalle . sile . inse-
quitur corona projecturis figurata , que am-
bas , quas p̄diximus , lapideas columnas
tangit : supra quam totius operis est coronis ;
hoc est candelabra decem iuxta artem roma-
nam exactissima , interquę & sunt cryptice
effigies eadem arte . Quatuor ex his cande-
bris presigniunt literaturis Dauidica senten-

tia. Cātabo domino , qui bona tribuit mihi.
 Vbi & medius est circulus continens presu
 lis insignia foliis ac volutis vtrinque venusta
 tus, necnon arietum effectis capitibus, frons
 dibusq; et caulinulis spacia ad cādelabra quā
 commodissime adimplentibus. Iam iam pres
 cripto circulo imponitur corona, supra quā
 ferreę sirenē; age vero & altera parua coro
 na, vbi & hemicyclus pro acroteriū basi. Quę
 omnia aurata, vel potius aurea, & argento te
 cta deducuntur ad simulacrum diui Micae
 lis crucem tenentis, qui totius antipagmen
 ti apex est.

CDE PAVIMENTO ET APSIDIBVS
ecclesiæ eiusq; vitreis finestris. Cap. xxj.

STratum est pavimentum totius ecclesie,
 Pr̄ter id, q; de vtriusq;chori lithostro
 to diximus, alba nigracq; petra quadrata, val
 de-polita, accuratiusque disposita; nisi q; pas
 sim, propter defunctorum sepulchra inordi
 nate posita, serie miscellanea deturbatur. Pa
 rietes albo lapide sunt muniti, habētes circa
 summum concavū q; plurimas fenestras vi
 treas, plucentes varijs deliniatas sc̄torū magi

nibus; numero septingentas quinquaginta,
ut Siculus racenset in tractatu de rebus me-
morabilibus Hispanie cap. de Lusitana p.
uincia. que machinam templi sua pulchritu-
dine & claritate magis formosam reddunt.
Circa fenestras exterius sunt deambulatoria
quædam vñibus edificij deseruentia, quibus
tota machina lustratur & reficitur: interiø ve-
ro quædam & deambulatoria in prima absis
de semi circulum faciunt; que chorum maios
rem ferme ambient. Ecclesiæ testudines can-
didæ sunt. Muniunt eas & ab imbris alij sc̄p
incommodis protegunt tabulata magna (si-
ue contignationes) artificiose composita, ful-
cris statura hominis altioribus suffulta, tes-
taçp partim tegulis, partim lateribus ac pla-
nis lapidibus. Turricule lapideæ in modum
pyramidum erecte e singulis (inquam) pi-
llis per totum ædificium exeunt, que sacram
basilikam extrinsecus pulcherrimam faciūt.

CDE IMAGINE EQ- VESTRI STE
phani Illan in fornice ecclesiæ depicta.

Cap. xxij.

Cum

Vm sanctissimum hoc templum (cuius
 fastigia vexillum cricis mirabili quodā
 modo effigiant) tot sanctorum imaginibus
 redundet, vt quasi microcælum appellari me
 rito possit, eius tamen culmina & apsides nul
 la ornantur pictura, nulliusq; aut sancti aut
 herois in eis reperitur effigies: preter q; domi
 ni Stephani illan splendidissimi equitis, qui
 armatus equo insidens vexillumq; manu te
 nens in summis fornicibus trans chorū al
 taris augustioris est depictus, cuius eximie
 virtuti & strenuitati præsertim ob defensio
 nem hui⁹ imperialis vrbis, ob eamq; a vecti
 galium iugo assertam honos hic atq; aliis lō
 ge cumulatior debet. Is enim clarissima stir
 pe progenitus a vectigalium iugo seruili (vt
 passim fertur) vrbem hanc immunē reddi
 dit. Ex huius stirpe procedere aiunt illustrē
 prosapiam eorū, qui a Toleto nuncupantur;
 quorum est imprimis Dux Albanus noster
 atq; alijs ex summatibus Hispanie. Quorum
 genus sunt qui referant ad quendam Constā
 tino politani imperatoris filium; qui in Hispani
 a aduenierit, vnde Stephanus hic originē
 duxerit. Floruit autem sub Alfonso rege

huius nominis octauo, in cuius testamento,
Stephan⁹ idē p̄etor vrbis Toleti nominat.

DE OSTIS HVIVS SACRI TEMPLI
Cap. xxiiij.

Octo ingētia ostia biforia templum hoc sacrosanctum aperiunt: duo ad Austrū; tria vero ad zephyrum, to tide m autē ad Boream respicientia. Quibus nomina sunt (ex Australibus) imprimis porta Letitiae; cuius vestibulum mira artificum manu structum; in exteriori parte indicat assumptionē beatæ virginis Mariæ circunsepte innumeris angelorum ac sanctorum imaginibus. Interiorem vero ei⁹ partē ornat imago marmorea nři rei demptoris ab inferis resurgentis, magno claritatis fulgore. Supra hanc imaginem organa magnitudinis stupēde sunt posita solēnioribus duntaxat festiuitatibus pulsanda. Sequens porta olim dicta de Oliua, eo q̄ ad eā oliua virebat, nunc Decani appellatur, quoniam decani domus iuxta eam sita est. Prima ex tribus portis, que ad zephyrum expanduntur, Inferni, Tabellionum siue David re-

gis nominibus nuncupatur. Inferni, propterea q[uod] infernus, ubi damnatorum anime cruentantur, est in eius abside sculptus: cui & sua per est effigies terribilis futuri uniuersalis iudicij: quo. D. noster Iesus Christus fidelibus quidem gloriam, impijs vero poenas eternas imparteatur: Datuid vero, ob eius quondam statuam ad iimam ostij partem adpositam: Tabellionum autem: quoniam tabelliones frequenter circa illam versantur. Qui etiā si casu quopiam ad eam portam stationem fecerint: inteligant tamen ex consilio meo, perfide munus sum tractantibus inferni vindictā propositam esse. Supra has fores in interiori pariete scriptum, videre est hoc memorabile epitaphium. En el año de mil y quattrocientos y noventa y dos: a dos dias del mes de Enero fue tomada Granada con todo su reyno: por los reyes nuestros señores, don Fernando y doña Ysabel, siēdo arcobispo de esta sancta y glesia el reverendissimo señor don Pedro González de Mendoza, cardenal de España. Este mismo año en fin del mes de Julio fueron echados todos los iudios de todos los reynos de Castilla, de Aragon, de Cicilia. Media gre cyprio utrinque munita, porta Veniae

h ij

(Hispane del Perdō) appellatur: propterea
q̄ illa ingredientibus indulgentię concedun-
tur plures quas nostri maiores eo forsan im-
petrarunt, q̄ illac introiisse diuum Alphon-
sum, pro comperto habuerūt nocte illa, qua
beatissima virgo Maria eum, quasi in æter-
nę gloriæ pignus, cœlesti induit vestimento.
Quod testatur marmoreū schema, sacrosan-
ctę virginis Marię exprimens descēsionem;
supra hanc ianuam foris insculptum. Eam
olim portam nō secus q̄ apes alueum; uterq;
sexus frequentabat: nunc vero, aut quia cha-
ritas refrixit: aut propter innumeram pecca-
torum remissionem non eo religioso ardore
ac deuotione celebrat. Ostium hoc ob reue-
rentiam sibi obseruatam, in festibilitatibus tā-
tum pr̄cipuis reseratur: maxime eiusdem al-
mę dei matris, aut quoties rex, princeps, aut
prælatus primitus ecclesiā adeunt. Hac quin-
decim aditus patebat gradibus nō multis ab
hinc annis: quos gradus (opinor) prisci stru-
xerunt in memoriam sanctissimę descēsionis
beatę Marię in hanc basilicā: Salamonis for-
te imitantes templum: quod ipsa virgo quin-
decim scalarum gradibus ascendit, cum ter-

tium suæ etatis agens annum eidem templo
 fuit præsentata: differt tamen q̄ illud ascēde-
 do, hoc vero descendendo sacro sancta deī ge-
 nitrix perivit: idcirco (aiunt) mulieres graui-
 de, ut prosperos ederent fœtus, hasce scalas
 ascendere ac descendere consueuerunt. Ulti-
 ma porta turris dicitur, quoniam ad eius cal-
 cem adiacet; Cymbalorum ianua ab alijs ap-
 pellatur, eo q̄ iuxta illam cymbala sacris be-
 nedictionibus dedicantur; atq̄ in eandē tur-
 rim efferuntur. Ex illis tandem quas boreas
 ferit, duę portae aperiuntur ad claustrum, a
 quo & nomen accipiunt: tertia autem tū ele-
 ganti opificio, tum diuorum heroūq; statuis
 circum sculptis magnifica, ianua Regū, quo-
 niam regum Magorum Iesu infanti munera
 deferentium effigies lapideę supra eā exteriō
 adstant, appellatur: illam alij vocant Sanda-
 liorum, quia erigione hinc inde sandalia ac
 crepidae venduntur: olim nūc upabatur Olla-
 rum, eo q̄ vbi nunc sandalia forsitan olle veni-
 re solebant. Hanc median continent duę par-
 uile ianue a lateribus posite, quarum altera
 seruat ornamenta capellæ. D.P. Gundisalui
 de Mendoza, altera scandimus ad machinam

h ij

duorum horologiorum simul sonantium su-
pra hanc Regum portam in quadam cellula
fabrefactam; eorū quidem maius ab alta tur-
ri, atq[ue] ingenti giganteaç statua ferro lucido
munita & armata pulsatū ciuitati horas assi-
gnat: alterū vero paruum ecclesiae tantum
do deseruit; ac duobus armatis hominum si-
mulachris contra ianuam Leticie positum ta-
gitur. Infra quod due virorum imagines mo-
rum solis ac eius lineas, puncta & horas con-
templari videntur, ut verum horologiū effi-
ciant; nam tota illius perfectio in linea meri-
diei, potissimum consistit, que scitu facilis si
recte perpendatur, difficilis autē, si vera ipsi
cognitio ignoretur: at ne ab instituto digre-
diar; hec in arte peritis perpendēda relinquā.

CDE EXTERIORI SACRARIO.

Sicut in turb Cap. xxiiij. p. sur. 3. annosq
etiam in muros, et stoqtooni alijs ostentis
Acrū deinde erariū quis non admirabit?
Smagnificū opus immortalicꝝ memoria di-
gnū: quē, obsecro, tā irremeabilis labyrinth⁹
non perterre faciet; aut quis rerū, que in hoc

sacrario continent, varietate ab sp; Ariadnes
 (quod aiunt) filo audeat adorari? cui explicā
 dæ non Ciceronis exuberantissima eloquen-
 tia, non Demosthenis factitia sufficeret. At
 ne opus tam illustre sub silentio pertransēa;
 pauca ex multis sub breuitate perstringere
 nitar: ac prius ea, quæ sunt extra ipsum ady-
 tum exponam. Valuę ergo primę lignę ante
 atrium sacrarij interdū patent; reliquæ ve-
 ro non semper. In ipso atrio olim erat facel-
 lum, ubi diuorum Augustini & Pontij festa
 celebrabantur. Ibidem a quodam archidia-
 cono ordinis militiæ de Calatrava; Alphon-
 so Melendez, relicte fuerunt quinç missæ,
 in qualibet hebdomada celebrandę: quę hio-
 die senatus consulto Iesus alme ecclesię ali-
 bi persoluuntur: velut alię multę, quę iustis
 de causis diuersis quidem facellis celebran-
 tur. Quum in proprijs peculiariis que non
 possunt; aut quia posmodum diruta, aut
 alijs facellis incorporata, eorum memoria ve-
 rustate abolita sit. Quod facellum vraditus
 ad sacrū atrariū tunc deniro structū pateret,
 (si famę credit) deieciū fuit: nūc vero in dicti
 facelli memoriam hoc vnum reliquum est; ut

in eorundem diuorum festis uitatibus comme
morationes fiant. Ad sinistram intra dictum
vestibulum est aliud facellū beatę Marinę;
vbi singulis hebdomadis nouem persoluun-
tur mille; ex quibus quinqꝫ primitus reliquit
pia fœmina Maior Alonso nostro idiotismo
Carpetano nuncupata. pro animæ coniugis
satisfactione. Quatuor postremo instituit Al-
phonsus Ortizius in sacra theologia doct̄r;
canonicus quondam Toletanus: qui etiā ora
torium iuxta sacrarij ianuā exteriorem, in pa-
rietiis crasitudine, dominicam resurrectionē
ostendens, seris obstrusum reliquit; quod ar-
te mira elaboratum, paucis ex solennibꝫ die-
bus patet. Huius egregij viri nonnulla volu-
mina sermone latino scripta habentur; idem
suam bibliothecam Salmantinę librariæ do-
nauit. In hac capella diuę Marinę iacet sepul-
tum architectoris huius ecclesiæ corpus; Pe-
trij Perez nuncupati: vt constat ex titulo in sa-
xo parieti occidentali eiusdem facelli adh̄ere
tę inciso. obiit autem x. die nouēbris æra Čę
sarīs. 1328. Ad dextram repositorium est mul-
torum vestimentorum, pro quotidiano co-
muniçꝫ ministerio; q̄ triginta capsis extracti-

libus, qualibet titulum ornamentoꝝ habente, custodiunt. Pr̄ter duos r̄scos prope cancellos, quibus reſitorium ab atrio distinguitur, in parietum crasitudine cauatos, vbi thura, thuribula, lebetes ministeriū quotidiani, & alia id genus seruantur. Dictum autem reſitorium varijs historijs ſcite depictis ornatū; inter quas eſt imago diui Andreæ in cruce vīcti: que eo ibi depicteda eſt, quod olim hic locus eius fuerat capella; ac in ipſius memoriam ibidem recolitur festum. In huius reſitorij meridionali pariete armariolum eſt vbi ſub fida custodia ſāctū chrisma, ac oleū infirmorum catechuminorumq; per totum archiepiscopatū distribuenda, in vafis argenteis aſſeruantur. In eodem pariete ſurſum videre eſt epitaphia quorundam huius ecclesie præſulum in eo loco (vt creditur) iepultorū; cum olim diui Andreę ſacellum eſſet: que hic libuit inſerere eadem ſerie, qua illic legunt, quæ talis eſt. Obiit. D. Bernardus, primus archiepiscop⁹ Toletanus, Hispaniarum primas; poſtq; ciuitas Tolerana fuit capta per illuſtrem regē. D. Alphonſum: tertia die Aprilis, æra. 1166. Requiem miram: Bernardum præſulem dignissim⁹

h v

mūm annos. 65. in presulatu vixisse nī dixerimus, captam Toletum era. 1133 siue. 1123. ut supra retulimus. Obiit. D. Raimundus archiepiscopus Toletanus, Hispaniarū primas. 19. die Augusti æra. 1188. Obiit. D. Ioānes huius nominis primus; Archiepiscopus Toletanus, Hispaniarū primas. 29. die Septēbris, æra. 1204. Obiit. D. Celez brunus, archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum primas. 12. die mensis Madij. æra. 1218. Obiit. D. Gundisaluuus primus, archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum primas. 30. die Augusti. æra. 1229. Obiit. D. Martiuus, archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum primas. 28. die Augusti. æra. 1246. Obiit. D. Ioannes secundus, archiepiscopus Tole-
tān, Hispaniarū primas. 23. die Augusti æra. 1283. Obiit. D. Guterrus primus, archiepiscopus Tole-
tān, Hispaniarū primas. 9. die Augusti, æra. 1283. In septentrionali autem pariete dicti repositorij scale sunt. quibus ascendimus ad officinas & cellas tribus sacrarū edituīs ac phrigionibus (q bordadores vulgo dicuntur) destinatas & ad solariū subdiale. Sequitur iā posticū ad impluuiū orientē versō positū: quo in gredientibus prima se offert cisterna aquę fluualis & maluum, ubi sacerdotes celabratū

ciosū est: multis diuorum imaginibus, præcis
pue Eugenij, Alphōsi, & Leocadię virginis
exactissime depictum, fornicibus deauratis
innixum, lacunariç cæruleo aureis stellisvn
de quaç corruscās. Septentrionali parieti ad
heret reliquiarium ligneum; quod in vrnis,
ac vasis preciosis, capsulis, ac repositorijs ar-
genteis seruat innumeratas sanctorū reliquias:
quarum potissimæ sunt; que sequuntur. Tres
paruulæ cruces ex sanctissimi patibuli ligno,
in quo Christus seruator noster pro humana
salute pependit: prima quidem affixa lamine
argenteę, margaritis alijsq; vnionibus septę:
qua euangelijsc; sacris coram propositis pre-
lati in prima post presulatus assumptionē vi-
sitatione, statuta hui⁹ sacrosanctę basilicę ser-
uatueros esse iurant: altera in bractea magna
& argentea, multis diuorum reliquijs gem-
misq; non parui momenti circunuallata: ter-
tia autem in media crucis parte celata est. Spi-
na etiam dominicę coronę intra paruam ex
argento custodiam asseruatur: quam cū alijs
preciosissimis reliquijs a sancto Ludouico
Francorum rege ecclesia Tolaterna dono sus-
cepit. Testatur hoc epistola ab eodem princi-

pe missa charitatis & religionis plena, quę in
sacrario nostro sigillo aureo obſignata custo-
ditur: eam hic subtexere placuit, quę & ple-
nam fidem dictis meis faciet, & curiosum le-
ctorem oblectabit.

Ludouicus dei gratia Francorum rex, dilec-
tis suis in Christo canonicis, & vniuerso cle-
ro ecclesiæ Toletanæ, salutem & dilectionem.
Ecclesiam vestram volentes xenio preciosi-
muneris insignire: per dilectum nostrum Ioan-
nem archiepiscopum Toletanum, & ad pres-
ces ipsius, de venerandis & eximis sanctua-
rijs nostris, quę de theſauro imperij Conſta-
tinopolitani ſuſcepimus, preciosas vobis par-
ticulas destinamus: videlicet de ligno crucis
domini, vñā de spinis sacrosanctę spineę co-
rone eiusdem domini: de lacte glorioſę virgi-
nis beatę Merię: de tunica domini purpurea
qua indutus fuit, de lintheo, quo precingitſe
dominus, quando lauit & extersit pedes di-
ſcipulorum suorum, de ſindone, qua corpus
ipsius ſepultum iacuit in ſepulchro: de pānis
infantie ſaluatoris. Vestram itaq; dilectionem
rogamus & requirimus in domino, vt predi-
cas ſacras reliquias cum debito recipiatis &

custodiatis honore: necnō in missis & oratio-
nibus vestris perennem nostri memoriam ha-
beatis. Actum apud stampas anno domini
1248, mense Mayo.
Afferuatur etiā in dicto sacrario corpus san-
cti Soteris pappę & martyris in arca argen-
teā repositum. Tria insuper religiose custo-
diuntur ex diuorum Ioannis Baptiste & Se-
bastiani capitibus fragmenta: quę medie ipo-
rum imagines de argenteę vmbilico tenus,
inclusa tenent. Aliud item diui Blasij segmen-
argentea nauicula seruat: quod. D.P. Tenor,
rius archiepiscopus Toletan. facello suo do-
nauit. Ultra hęc, quatuor capita, duo ex vn-
decim mille virginum numero; tertium san-
cti Mauritiū, in eiusdem dimidiata statua; ex
argento efficta: ultimum autem caput sancti
Germani. Brachium preterea argento vesti-
tum beati Eugenij, Toletanc vrbis patroni.
Manus sanctę Luciæ argenteo brachio mu-
nita. Adhęc portiūcula veli sanctę Leocadi-
die vna cum alijs reliquijs, in custodia argen-
tea, nō in parua ueneratione habetur. Necnō
quędam diue Catharinę ossa: ae nō nihil olei
ex eius sepulchro manantis: simul cum celuz

ris indumentorum ipsius, in argentea custodia
 preciū non exigui latent. Item capilli Ma-
 rie virginis matris. Corporalia etiam, que
 beata Clara proprijs digitis neuit, supra ma-
 gnum sita aureum calicem, a regina quadam
 sarracena donatum, que contemptis Maho-
 meti impijs superstitionibus ad veri dei fidē
 fuit conuersa. Alię requię principum aposto-
 lorū Petri & Pauli; ac reliquię diui' Augus-
 stini in custodia crystalina auro munita cu-
 stodiuntur. Sunt etiam duę statuę argenteę;
 quedam diui Alphonsi, dextra quidem ba-
 culum, sinistra vero vnum ex ossibus eius-
 dem Alphonsi crystalino vase sustinens in-
 clusum; altera diui Eugenij, que paruulam
 thecam manibus tenet, sancti Dionisij alio-
 rumque diuorum reliquias habentem.
 Tres præterea argentei scyphi: in primo
 quidem sancti Nicolai reliquię habentur,
 alter vero lapillo Agatha in modum pomis
 cinctus fragmentum crucis, cui alligatus
 diuus Andreas passus est, cum alijs reli-
 quijs custodit, tertius autem sancti Euge-
 nij reliquias seruat. Item septem crystalina
 vascula; quorum primum reuerendissimus

frater Franciscus Ximenez Toletanus elargi-
tus est, habetque faculam sanctissimi veræ crux-
cis ligni & segmen habitus beati Francisci;
cum nonnullis alijs reliquijs: secundū habet
segmentum cilicij beate Mariane Aegyptiacę
tertium costam sancti Sixti pappę & marty-
ris: quartum aliam costam sancti Thoedorii:
tria vero reliqua diuorū Stephani. Processi,
et Martiniani martyrum sacra ossa. Reliquię
alię sanctę Ursulę virginis in custodia medio
cri argentea seruatur. Sunt præterea reliquię
sancti Bartholomei apostoli in porphyrítico
reliquiario. Item reliquię sanctorum Philip-
pi & Iacobi, necnon cercis beatę Leocadię:
quam Philippus Hispaniarum priissim⁹ rex
ex Flandria in hanc basilicam misit; q̄ quidē
asseruantur in curriculo argenteo quatuor
rotulas habenti. Duę tandem lamine argen-
teę, montis Caluarij, & diuorum, Stephani,
Georgij, Iuliani, Antonij, Fabiani, Cosmæ,
Barbare, aliorumque sanctorum affixas conti-
nent reliquias. Bonam omnium reliquiarum
partem ecclesia nostra debet. D. Egidio de
Albornoz, presuli quondam suo, viro illu-
stribus natalib⁹ claro, toga pariter & armis
in signi-

Insigni. Is enim ecclesiastice immunitatis pro
pugnator adeo egregie operam nauauit, vt
dux ecclesię declaratus, innumera loca eidē
restituerit: quę tyrannice a quibusdam tene-
bantur: qua de causa occasionem habuit has
sacrosanctas reliquias mittendi. Inter quas
misit mucronem Neronis cæsarī, quo diuo
Paulo caput amputatum est: qui quidem in
cœnobio ordinis diui Hieronymi, extra mu-
ros huius vrbis sito, magna veneratione cu-
stoditur, cui is insculptus est titulus. Mucro
Neronis Cæsarī, quo Paulus capite est obtrunca-
tus. D. Egidij archiepiscopi vita quoniam a
Genesio Sepulueda, viro in v traq; lingua
æque doctissimo, luculenter scripta est, illuc
studiosū lectorē remitto. Hactenus de his,
quę ad reliquias pertinent. Nec me pr̄terit,
principum clarissime, ante Toletanę vrbis ex-
pugnationem in hac sacra basilica innume-
ras reliquias obseruatas fuisse: eas tamen Vr-
banus Toletan, archiepiscop⁹ in Asturicam
(ne a sarracenis irrideretur) detulit, vt refert
D. Rodericus lib. 4. cap. 3. Subtus reliquias
rium latent triginta sex loculi, vbi ornamen-
ta preciosiora custodiuntur; a quibus omnis

b⁹ recensēdīs supersedere parerit; cū de ipsis
superius generatim verba fecerim. In crasitu-
dine parietis dicti adytī occidentalī tres risci
habentur: in quorum prīmō septem vulga-
res ex serico raso cādido tiarię seruāt: ex qui-
bus vna antistiti deputata, funiculis deaura-
tis, quatuorq; eximijs magnitudine et precio
lapillis, ceteris dītior est: aliæ autem sex; qui
bus huius almę ecclesię dignitates (cū archi-
presul pontificali apparatu celebrat) siue ex
priuilegio seu vetusta consuetudine ornant,
albę ac simplices auri & vniōnum expertes
sunt; non inopia sed potius iuris obseruātia:
vt disponit cap. Vt apostolice de priuilegijs
lib. 6. quod fere in nulla Hispaniarum eccles-
ia reperietur: maiestas enim huius tēpli hæc
& maiora meretūr. Est & ingens manica cru-
cis argentea; natalis & passionis Christi figu-
ris in ipsa effigiatis, circundata. Tres insuper
torques aurei magnifici sumptuus (colli orna-
menta & summi pectoris) multis vniōibus;
Margaritis, Hiacinthis, Smaragdis, Saphi-
ris, alijsq; lapillis supra modum referti. Itēm
lamina orbicularis aurea, cui plurimi itidem
diuersi lapilli inferuntur, quorum medium

tenet Topazius prærandis, resulges, subin-
 dec p̄st̄mandus. Habetur ibidem lignum,
 quod olim in domum Iudei Garbalis nomi-
 ne deportatum; foco escam (ut solet) futurū,
 cum nullo modo comburi posset; nullisq̄ fla-
 tibus aut solibus accēdi; tandem Iudeus &
 familiā admirati, lignum protinus dissecan-
 dum curarunt, causam nouitatis in eius visce-
 ribus scrutaturi; nec defuit conatui suscess-
 nam statim ut lignum dissectum est, imago
 saluatoris nři cruci affixi in ægide apparuit.
 Quod siue ita natura obuenerit (ut plerūq̄
 alias figuræ lapidibus aut metallis alijs ve-
 materijs videmus innasci) siue potius ob dei
 consilium ita Iudeum seruare volentis: in ur-
 be nostra peruulgatum fuit; et adhuc domus
 illa prope huius vrbis macellum præcipuum
 sita, notissima est: & crucis cognomen in po-
 sterum retinuit. Hęc in primo risco. Secun-
 dus seruat septem eximias tiaras, a quibus
 dam ecclesię præfulibus relietas. Preter has
 vero alia habetur sumptuosa, a munificen-
 tiss. cardinale domino P. G. de Mendoça ec-
 clesiæ donata. Adamantibus, ac Rubi-
 nis magni præcij, multisque vñionibus re-

fertissima: cuius primum maximum, cæterarum omnium aut superat, aut certe adequat valorem. Est ibidem effigies seruatoris nostri ex auro purissimo confecta, aurea rotundæ figuræ lamina inclusa, multis preciosis marginatis irradias, ab eodem archiepiscopo D. P. G. Mendocio donata. Item corona aurea olim sereniss. reginæ. D. Elisabeth cognomi ne catholice, tuæ celsitudinis proauia, lapillis plurimis ornata: quæ in assumptionis sacro sanctæ virginis Mariæ festo capitl. virginei simulachri solet imponi. Quatuor etiam calices aurei: quorum tres Sanctius de Rojas. P. G. Mendocius. Alphonsus de Foseca, archiepiscopi Toletani ecclesiæ reliquerunt. Alium autem, qui quondam reginæ. D. Catarinæ fuerat ecclesia ipsa comparauit. In tertio risco custoditur vas satis magnum ex monochrotois cornu fundo auro suffultu, variatuumq; tribus aureis virgulis: quod (ut aiunt) cuius cumque generis venient a se procul expellit: donatum est ab illustrissimo. D. Francisco Ximenez archiepiscopo Toletano: quod illi se reniss. rex Philippus, celsitudinis tuæ au^o domino dederat. Biblia itidem in tres tomos diui-

sa, varijs imaginibus & historijs absolutissime
 me depicta: pro ea (vt fama est) ciuitas Guadal-
 fajara a quodam rege mutuo ecclesiæ nos-
 stre offerebatur. Sunt Preterea intra parietem
 septentrianolem dicti adytæ duo alijs risci: in
 primo continetur admirandæ crux magnitus
 dinis argento & auro decora: quam rex Al-
 phonsus Portugaliæ donauit (vt fertur). D.
 Alphonso Carrillo, archiepiscopo Toletan,
 tempore sue cōfœderationis, que tāti est pō-
 deris, vt a duobus tribusue ecclesiæ ministris
 in lectica baiuletur: in solennitatibus tantum
 corporis Christi, & assumptionis, natiuita-
 tis q̄j beate Mariæ. Et quanuis multæ cruces
 precij non exigui in hoc sacro templo habeā-
 tur, de hac tamen propter eius potissimum ex-
 cellentiam miramq; ponderositatem memis-
 nisse placuit. In secundo autem risco quidam
 baculi cū reb⁹ alijs nō exigui p̄cij adseruant.
 In ipso adyto ad dextram se offert recessus:
 vbi vasa aurea, & argentea, necnon alia plu-
 rima ornamenta ad diuinorum ministerium
 pertinentia custodiuntur, presertim arca li-
 gnea, argenteo extrinsecus munita, ac figu-
 ris Christi mortem indicantibus, gemmisq;
 i ij

varijs ornata: in qua die cœnæ dominicæ &
parasceues sacrosanctū eucharistię sacramen-
tum tanq; in sepulchro recōditur. Huius mo-
numenti operosum apparatus (quod iuxta
Mozarabum facellum hoc nostro tempore
exstrui consuetuit) si in præsentia recēdere vel
le: opus esset longiori oratione. Sat sit dice-
re testudines quasdam subitarias & in tem-
p9 structas, easq; operosissimas surgere: quæ
nec mausoleis, nec pyramidibus decantatis
olim int̄ mūdi miracula (iudicio meo) cedūt:
in his arca sacramenti collocatur hinc & inde
innumeris cæreis incensis & loci inumbratio-
nem satis illustrantibus: quorum viginti. D.
Fernandus Cerezuela archidiaconus Tole-
tanus legauit. Assistunt ibi octo beneficiarij,
binis horis, ex vniuerso beneficiorum ce-
tu, duo canonici, quatuor portionarij; et duo
capellani, a prima hora, qua clauditur domi-
nicum corpus, donec in aram præcipuā hono-
rifice defertur, diuinum sacramentum obser-
uantes sumissa voce, alternis choris, psalte-
rium incessanter concinantes. Hanc vero ce-
lebrem memoriam instituit. D. Fernandus a
Fonseca, canicus Toleraurus, ex huius vrbis

stirpe nobili & antiqua oriundus. Ascendi-
 tur ad arcam noui testamēti per aliquot gra-
 dus, in quibus quicquid opulentie & diu-
 tiarum in ērario sacro seruatur, repositum
 cernitur; adsunt etiam sanctorum reliquiæ,
 ille potissimum, quæ maiorē antiquita tem-
 et venerationem obtinent. Aequum est enim
 ut, vbi sūma reliquiarum est (nempe sacro
 sanctum domini nostri Iesu Christi corpus)
 quicquid vspiam diuorum habetur, sti-
 patoris vice fungatur. Aditus ad testudines
 aliquot ante vestibula continet, quorum
 interius clatrīs ligneis non admodum lon-
 gis circunseptum est, quibus nimirum vul-
 gus arceatur. Attonti redduntur vniuer-
 si spectatores, aciem oculorum loci splen-
 dore prestringente. Sed illuc, vnde abij, re-
 deo. Habentur in dicto sacrario sacratissi-
 mæ virginis Mariæ, & duodecim aposto-
 lorum ex argento puro celate effigies.

Alia item imago beatissime Mariæ vitgi-
 nis argentea magnæ aestimationis. Est &
 arca grandis in ipso recessu cum quinque
 ordinibus capsularum, in quibus multa
 preciosa ornamenta & vasa argentea sunt.

i iiiij

secondita, cruces, calices, cādelabra, lebetēs
argentei, ad aquam benedictam populo as-
pergēdam. Ultra hēc habentur alia plurima
vasa argentea (& ea non parua) suis capsulis
inclusa, supra magnum abacum reposita, in-
ter quē sunt duodecim adeo subtiliter elabo-
rata, ut materiam opus superet, quingentas
selibras pōderis argenti pustulati pendētia,
ab illustrissimo, D. meo Ioanne Martino Si-
liceo Toletano archiepiscopo ecclesiæ, cum
primum eam visitaret, (arrarum vice) dienā
ciuitatis dominicæ anno. 1546. simul cū alijs
eximijs ornamētis donata, cuius muneris ma-
gnitudinem mirari iam desinat, quicunq; mu-
nificētissimum autoris animum cognouerit.
Quem ob prēclaras eius virtutes & literarū
eminētiā Parisijs primitus liberalium ar-
tium prēceptorem: in Salmaticēsi deinde aca-
demia liberalium itidem artium, ac summā
philosophię diu optimum magistrū: clarissi-
mi prēterea principis nostri Philippi dignissi-
mum institutorem, auditoremq; poenitentia-
rium cōspeximus: ac fœlici tandem auspicio
in hac Toletani archiepisco patius sede presi-
dere cernimus. Ceterum quia si de morū eius

sanctimonia ac doctrina, singulariter in dicendo ac disputando facundia, nec non illustribus gestis, sigillatim in presentia agendum esset, & ab instituto longe traheremur, & vires nostrae neuticet suppeterent; ad ea, quae magis operi instant stylum conuertam. Est & crux argentea deaurata, quam illustrissimus cardinalis P.G.M. quocunq[ue], etiam extra Castile regna, peteret, primatiq[ue] iure pre se ferri ius bebat. Eadēq[ue] Granata urbe et eius arce (que vulgo Alhambra dicitur) Catholicis regibus Fernando & Elisabeth deditis, in excelsiori illius arcis turri prima omnium est posita. Ut constat ex clausula testamenti eiusdem illustrissimi presulnis: quod quidem propria subscriptione & sigillo obsignatum, in hospitio sancte crucis (ipsius metet etiam archiepiscopi iussu & impensis post eius obitum struistro) adseruatur; eam vero clausulam, ut potius curioso lectori non iniucundam, hic inserendam decreui. In Otros si porque la nuestra cruz; que en señal de primado, nos ennos traydo á te nos por las prouincias de Santiago, Seuilla, Granada Caragoça, Valentia, Tarragona, e Narbona, y por las diocesis delas y glesias (que se dizien exceptas

delos metropolitanos sus edichos) adonde nos ave-
mos estado: es la primera cruz que se puso sobre la
mas alta torre del Alhambra dela cibdad de Gra-
nada; al tiempo que fue ganada, e quitada de poder
de los moros, infieles enemigos de nuestra sancta
fe catholica, adonde, y en la toma de las mas prin-
cipales cibdades del dicho reyno de Granada nos
hallamos, con la dicha eruz, en seruicio de dios nues-
tro señor, y del rey y reyna mis señores, con nues-
tra gente y estado. mandanos que la dicha nuestra
cruz, co su asta guarnida de plata; assi como la nos-
tra traemos, sea puesta en el sagrario dela dicha nues-
tra sancta yglesia, en memoria de tan gran vitor-
ria, y por decor y honor della, y de los perlados
della: e alli queremos que este perpetuamente: e que
no pueda ser sacada dende sino alas procesiones.
*Et quoniam nihil est, quod magis homini-
bus debeat, q̄ ut supremē voluntatis post
q̄ iam aliud velle non possunt, liber sit stylus:
in lege. i de sacros. eccl. C. propterea dicta
crux, vt pia tam illustris presulis volūtas ob-
seruetur, nisi in solēnibus pompis e sacrario
minime educitur. Multa adhuc recenseri po-
terant, quibus aliarum ciuitatum templis nō
vulgariter potuissent commendari, ea ta-*

mens silentio traduntur aliorum , quibus ec-
 clesia nostra excellit , fulgore obscurata .
 Verum huius amplissime ecclesie diuitie ,
 quanq; multe videantur , paucę tamen & exi-
 gue sunt , prę vasis illis ; que Cyrus Persas
 rum rex per Mithridatem templo Salomo-
 nis iussit restitui . Fuerunt enim quinq; mil-
 lia quadringenta vasa aurea & argentea , ea
 vero tulerat Nabucho Donosor ex Hieru-
 salem & posuerat in templo dei sui . Hęc ex
 primo libro Aesdre ad prim. cap. finem . Sed
 ampliora dona dedit Salomon , cum dei tem-
 plum consumauit . Struxit enim altare au-
 reum mensam vnam auream , decem argen-
 teas phialas aureas centum , candelabra de-
 cem , forfices , thuribula , ac morteriola ex
 auro purissimo , vt habetur tertio regum ca-
 pite septimo . Iosephus tamen libri octauii
 primi tomī capite tertio de eiusdem templi
 opibus scribens , multo his copiosiora re-
 fert , cuius verba non grauabimur subiecte
 re , vt miranda illius sancti templi diuitiarū
 opumq; multitudo magis lectoribus innotes-
 cat . Obtulit rex (inquit ille) multitudinem

mensarum, & vnam quidem valde pre^cipua^m
auream: super quam ponebant panes dei, &
huic proximas decem mille altero modo fa-
ctas, super quas vasa iacebant. s. phiale & pa-
tere, aureæ quidem decem mille, argenteæ ves-
tro quadraginta mille. Fecitq; candelabra de-
cem millia, secundum precepta Mosy; ex qui-
bus vnum in templo recondidit, vt per diem
luceret secundum legem: & mensam vnam su-
per quam positi erant panes, ad partem tem-
phi respicientem ad aquilonem; et diuerso posi-
tam candelabri, quod in australi parte consti-
tuit. Aureum vero altare inter hec medium
erat. He^c enim omnia domus habuit quadra-
ginta cubitorum ante velum adyti, vbi erat
arca recondita. Fecit itaq; rex vasa vini fus-
lia octoginta millia, & phialas aureas decem
mille, argenteas vero dupli^c numero. Pate-
ras vero aureas (ad offerendam in eis similam
conspersam ad altare) octoginta mille, & ar-
gentreas dupli^c numero. Crateras autem, in
quibus similam cum oleo fermentabant, au-
reas quidem quinquaginta mille, argenteas
vero dupli^c numero. Mensuras autem (simi-
les eis, que mosaice vocabatur & asserones)

aureas quidem viginti mille, argenteas duplē citer. Thuribula vero aurea, quib⁹ offertur incensum, viginti mille; similiter & alia thuribula, in quibus portabat amaiori altari ignē ad minus altare, quod erat in templo, quinquaginta mille. Stolas autem sacerdotales pontificibus, cum his, quae pendebant ad pedes, & super humerales, & rationales, ex auro & gemmis mille. Corona vero, in qua deū Moses scrips̄erat, vna fuit, & ad hanc usq; diem permansit. Sacerdotales autē stolas ex byssō contextas, & zonas purpureas cum cingulis decem mille, & tubas secundū precepta Moses ducetas mille. Item stolas leuitarum hymnos dicentiū ex bisso ducetas mille; & instrumenta musica, & ad hymnos dicendos adiuvanta (que vocātur nabla & cinnira) ex elecro constituit, quadraginta mille. Hęc enim omnia ad honorem dei Salomon copiose & magnifice fabricatus est, in nullo parcus extensis; sed circa ornamenta templi usus est precipua largitare; quae etiam in thesauris dei recondidit. Hactenus Iosephus. Que licet incredibilia videantur: nobis tamen miracula non sunt; qui nostra tempestate ex Indicis

regionibus, non ita pridem occidentem versus
s' industria nostrorum patefactis, adhuc plura
in Hispaniam deportari vidimus: ut inter-
rim taceam ea, quibus in Peru (sic eam par-
tem vocat) auspicijs inuictissimi Cesaris Ca-
rolis, potiti sunt nostri; omnem prorsus fidē
excedentia.

DE HIS QVE INTER SACRARIVM
& capellā (quae dicitur) nouorū; egū continentur.
Cap. xxvij.

TN exteriore sacrarij pariete contra chorū
altaris augustioris erecto nomina prete-
ritorum huius almę ecclesię archiepiscopo-
rum extrinsecus in marmore sunt incisa. In
hoc eodem pariete lata fenestra ferro reticula-
ta solet aperiri, cum festiuitas diui Andree
celebratur: vt ei⁹ imago; quę intra sacrarium
latet, conspiciatur.

CPrope est augustum facellum, vbi recolis-
tūr memoria tormentorum & cruciatuum,
que dominus noster columnę alligatus per-
pessus fuit. Supra quam columnam visitur
facies Christi, quę vulgo Veronica graphicę

depicta , cuius deuotionem fēmina quēdam
 nomine Teresa , cōiux viri cuiusdam Alba-
 ri Lupi appellati , ita religiosissime colebat ;
 vt nullus intermitteretur dies , quin audita
 missa ; quē sub auroram in facello sancti Al-
 phonsi quotidie cōcinitur , eam veneraretur
 atq̄ adoraret , coramq; ipsa deum maximum
 (cuius vultum V eronica exprimebat) pres-
 cibus placaret . quod religiosum officium mi-
 raculo postea diuinab enignitate declaratum
 est : ipsi namque mulieri egrotanti iamq; mo-
 riture , extrema vncione recepta , die Iouis ,
 quinto Ianuarij anni seruatoris nostri . 1469 ;
 facies pulcherrima , quam Christi speciosissi-
 simam formam referre , omnes ad portenti-
 spectationem concurrentes censebant , sus-
 pra eius caput ad dextram apparuit , in linz-
 teo ad parietem pendentis . At cum expectan-
 tes proprius / vt specularentur ; accederent ,
 euanescebat ab oculis , cum rursus secede-
 rent / statim sese ostendebat . Quod mira-
 culum per notarios exceptum in capituli hu-
 ius sacri templi quadam capsā seruatur .
 In quo etiam facello veneramur natale dis-
 ui Bartholomei , atque ibidem decem misse

per hebdomadā a duobus capellaniis ccelē
brantur , alteri a Pascasio Garsia thesaura-
rio , alteri a Vincētio Perez portionario red-
ditu constituto

CSequentis facelli , quod beatę Leocadię sa-
cratum est , iam vetus edificium instaurauit
Ioannes ruiz de Ribera iunior , protonota-
rius , collector apostolicus , & canonicus To-
letanus : ut titulus in occidentali facelli parie-
re in marmore incisus lati⁹ indicat his verbis .
Hoc uenerabile sacellum fuit per reuerendissimum
D.cardinalem . **D**. Ioannem Taueram archiepisco-
pum & per . **R**. **D**. **P**. decanum & capitulum huius
almæ ecclesie Toletanae dono concessum reuerendo
patri . **D**. Ioanni Ruiz de Ribera sedis apostolicæ
protonotario , canonico Toletano , ac collectori as-
postolico , eiusqz successoribus : qui vas is argenteis ,
miro qz fornice ; ac tabulato aurato ; & alijs qz plu-
rimis ornamentis ; in hoc pulchro (quem cernitis)
ornatu illud magnifice decorauit . Perenni etiā me-
moria missam vnam singulis diebus celebrari vos
luit : necnon aniuersarum solemne annis singulis de-
cantari : Kalendam quoqz uatiuitatis Cbitisti ; ob
cuius singulari deuotionem plenariam interessen-
tibus indulgentiam perpetuo duraturam obtinuit ;

in choro

in choro dictæ ecclesiae instituit festiuæ agi; ac ea omnia ex proprijs redditibus dotauit. Obiit anno sa-
lutis. 1539. 10. K. Aprilis. Preter ea vero, quæ
in epitaphio habentur, aliud anniversarium a
clericulis chori. 5. idus Februarij dictus. D.
Ioannes Ruyz de Ribera concinendū insti-
tuit; necnon duas missas solennes cum suis sa-
cris vespertinīs, alteram die post beatæ Leo-
cadię festum, alteram post festum itidem san-
cti Sebastiani assignata mercede celebrari
iussit; atq; ab eisdem clericulis decantari. Ea
autē missa, quam singulīs diebus peragiv-
luit, a duob; capellaniis hebdomadātū eius-
dem institutione celebratur. Huius viri cor-
pus in antro ipsius facelli honorifice sepultū
est; ubi & Ioānes Ruiz de Ribera senior eius-
dem auunculus reconditus iacet.

DE SACELLO QVOD REGVM NO-
uorum appellatur

Cap. xxvij.

Contiguum est regium facellum opere
& prouentu opulentissimum: cui forsan
in orbe terrarum par nō reperietur, ministro-
rumq; cultu magnificentum. Quod reverēdissi-

K

mus Alphonsus de Fonseca archiepiscopus
Toletanus bo.me. transferendis ex antiqua
capella regis corporibus summo studio edi-
ficandum curauit. At si vñq; mihi scripturo
facundia exoptanda esset, nūc maxime; cum
tuorum progenitorum munificentiam exi-
miam opusque splendidum commemorare
velim. Sunt igitur in illius primo vestibuli
īgressu duo scutiferi lapidei; clauas regaliaq;
insignia gestātes aurata. Ianua prima ferrea
est clatrata; inter quam & secundam alteram
ligneam, atrium apparet arte eleganti conca-
meratum: cuius testudo in summitate habet
coronam concavam specularibus fenestellis
vndiq; circunseptam. Introeuntibus facellū
eregione visitur septentrionē versus ara san-
cti Iacobi a regina, D. Catharina erecta. In
pariete vero occidentali arma quēdā suspen-
sa cernūtur, qb⁹ signifer Lusitan⁹, in pugna
inter Hispanos Iberos, Lusitanosq; ad Tau-
rum comissa, spoliatus fuit a nostris. Alia au-
tem tria patent altaria ad orientem sita; quos
rum principale & medium dicatum est descē-
sioni dei per e virginis, ornatumq; plurimis di-
vorum effictis vultibus ac signis deauratis;

dextrum etiam descēsionī sinistrū vero eius
dem virginis matri assumptioni sacrum, Re
gum monumenta & effigies ex alabastro ni
tidissimo extant in parietibus: quorum cada
uera trāflata huc fuere ex antiquis monumē
tis. 13. calendas Iunij anno. D. 1534. permisso
et iussione inuictissimi cēsarī nostri ut suprā
dictum est. Primum. D. Enrici secundi mo
numentum in meridionali pariete visitur; su
pra quod hec legitur literarum series. Aqui
y aze el muy auenturado y noble cauallero rey dō
Enrique de dulce memoria, hijo del muy noble rey
don Alfonso que vencio la de Benamarin: y acabo
muy gloriosamente a treynta dias de Mayo; año
del nascimiento de nuestro saluador Iesu Christo
de. 1379. años. Mox sequitur in eodem pariete se
pulchrum regine Ioāne cum hoc epitaphio.
Aqui y aze la muy catholica y deuota Reyna doña
Juana, madre delos pobres; muger del noble rey
don Enrique, hija de don Juan, hijo del infante dō
Manuel; la qual en vida ni en muerte no dexó el ha
bito de sancta Clara: e fino a veynte y siete dias
de Mayo año del nascimiento de nuestro saluador
Iesu Christo. de. 1381. años. Ioannis præter
rea primi dicti domini Enrici filij monument

...zzLoH
·tum in pariete septentrionali proximum est
altari maiorí : supra quod huiusmodi habet
epitaphium. Aqui yáze el muy noble, y muy ca
tholico y virtuoso rey don Iuan, hijo del buen rey
don Enrique de sancta memoria, y dela reyna doña
Iuana, hija del muy noble don Iuan, hijo del in
fante don Manuel: y fino a. 9. días del mes de Otu
bre. Año del nascimiento de nuestro saluador Iesu
Christo de 1390. años. In meridionali autem parie
te appareat. D. Leonorē vxoris dicti. D. Ioan
nis sepulchrū; cui is īscript⁹ est titul⁹. Aqui ya
že la muy esclarecida y catholica reyna doña Leo
nor, muger del muy noblerey don Ioan, hija del
muy alto rey dō Pedro de Aragō, madre del muy
iusticiero rey don Enrique y del infante don Fer
nando: fallecio a. 13. días de Septiembre, año del
nascimiento de nuestro saluador Iesu Christo de
1382. años. Deinde sequitur Enrici tertij mo
numentum in septentrionali pariete structū
huiusmodi habens epitaphium. Aqui yáze el
muy temido e iusticiero rey don Enrique de dulce
memoria que dios de sancto para y so, hijo del ca
tholico rey don Iuā, nieto del noble couallero rey
don Enrique, en 16. años que reyno fue Castilla, teo
mida y honrada, nascio en Burgos dia de sant Fra

cisco murio dia de nauidad en Toledo , yendo alla
guerra delos moros cõ nobles del reyuo , fino año
del señor de 1407 . años . In hoc etiam pariete vi-
situr reginę Catharinę dicti Enrici cōiugis
sepulchrum , cuius titulus sic habet . Aqui ya
zela muy catholica y esclarecida reyna doña Ci-
thalina de Castilla y Leon , muger del muy temi-
do rey don Enrique , madre del muy poderoso rey
don Iuan tutora y regidora de sus reynos : hija del
muy noble principe don Iuā primogenito del rey
no de Inglaterra , duque de Guyana , y Alencastre .
y dela infanta doña Costançā , primogenita y he-
redera delos reynos de Castilla , duquesa de Alen-
castre , nieta delos iusticieros reyes el rey Aduarte
de Inglaterra ; y del rey don Pedro de Castilla : por
lo qual es paz y concordia puesta para siempre .
Esta señora fino en Valladolid a dos dias de Iu-
nio . de 1418 . años . Ad angulum dextrum est
statua marmorea regis Ioannis secundi : qui
adauxit redditum facellanis . Eius corpus se-
pultum est in monasterio Miraflores apud
Burgos haberetq; sub statua hoc epitaphium .
Este vulto es del muy virtuoso señor rey don Iuan
de esclarecida memoria , que hizo y doto el mona-
sterio de Miraflores de Burgos , y esta enel sepulta

K iii

do e su señoría doto por priuilegios esta capilla de
la renta que tiene: y por esso su seruidor y capellán
el bachiller Alías Díaz de Ribadeneyra capellan
mayor de aqui le hizo aqui poner, porque los ca-
pellanes dela dicha capilla ayan memoria de roz-
gar porel anima del dicho rey en todos sus sacrifi-
cios y orationes. Hæc epitaphia Hispana lin-
gua referre non absire visum fuit, ne antiqui-
tas negligeretur; indeq; lectores considerent
quantum prisca illa tempora differant a no-
stris in cognominibus & titulis prestandis.
In quolibet autem horum sepulchrorum sta-
tua tumulati est super imposita, e marmore
niue candidiore, mira lapicidarū arte incisa,
Regū monumētis sacellanorū sedilia subsūt;
qui a populo diuiduntur paruis cancellis fer-
reis. Hic viginu quinq; sacellani maiori ca-
pellano parētes a regibus cōstituti sunt. Qui
bus pariter quotidie cura incumbit duas mis-
sas decātandi primam beate Marie, alteram
pro defunctis; exceptis solennibus dieb; qui
in hac alma ecclesia vulgo de gratia dicūtur;
quippe quib; gratia hac potiri capellanis cō-
cessum fuerit. s. nullā ex obligatione missam
peculiarē celebrare. Gratia hecynde proceſſe

rit, licet plurimi religiosi viri quæsierint, & precipue reuerendissimus D. Alphonsus de Fonseca presul Toletanus flagranti animo id vestigauerit (ut pote cui ex pastoris officio iussa testatorum impleri facere incumbebat) nil tamen certi reperire potuerunt. Salua tamen meliori sententia videtur originem duxisse ex cap. Et hoc attendendum, de consecratis. i. ubi sic habetur. Et hoc attendendum, ut missæ peculiares, quæ per dies solenes a sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant; ut propter eas populus a publicis missarum solennibus, quæ hora tertia canonice fiunt, abstrahatur, sed sacerdotes, qui in circuitu urbis aut in eadē urbe sunt, & populus in unū admissarū publicā celebrationē cōueniāt. nā & si argumento quodā posset aliquis impugnare, nō ob illū textū missas peculiares illis diebus littere relinquere, eo q̄ facellani possent in secreto ante horā tertią canonicā aut post peractum missæ solennis sacrificiū celebrare; neu trū tamen fieri permittitur, alterum quia oēs templi capellæ sunt patentes, alterū eo q̄ his diebus prope meridiem s̄aepē diuina in hoc templo peraguntur; cum sane difficile foret,

officijs diuinis facellanos conuenire: ideo ar-
bitror gratiam omnibus factam fuisse. Dies
vero solennes: quæ in hoc sacro tēplo de gra-
tia appellantur, sunt pascha, natalis & ascen-
sio domini, natalis sancti Ioannis Baptistæ,
atq; alij huiusmodi, ut in cap. Si quis etiam,
de conf. dist. i. Quę si vera sunt, male agūt sa-
cellani, qui gratia fungentes, necq; in supplica-
tionibus, quę per hos dies solennes habētur;
necq; in choro diuinis officijs intersunt. Singu-
li autem facellani hui⁹ facelli in qualibet ter-
tia anni parte sexaginta quatuor missas tenē-
tur celebrare. Preclara vero regina. D. Cas-
tharina Enrici tertij vxor octo alias sub pre-
cipuo instituit facellanos: qui etiam obnoxij
sunt singuli singulis anni tertij quinquagin-
ta sex missas celebrare; citra cōmunem, quæ
per aliquem ex facellanis vicissim quotidie
alijs psallētibus, ad primum cymbali sonum
(quod de prima dicitur) hoc ordine decanta-
tur; Dominica de trinitate, feria secunda de
spiritu sancto, feria. 3. de sancto Dñico, feria
4. de diuino Ioanne, feria. 5. de sancto sacramē-
to, feria. 6. de cruce, die sabbati de beata Ma-
ria. Incumbit preterea eisdem nocturnum de-

fuctorum psallere sine laudibus ad primam
 vespertinarum precum pulsationem , pr̄eter
 decem & octo anniuersaria , quæ quotannis
 pro animabus dictæ reginæ & coniugis cele-
 brantur . Sunt & alij duo capellani Enrici ter-
 tij nuncupati , quorum quilibet cētum nona-
 ginta duas missas tenerit in quoq; anno ce-
 lebrare : quibus stipendium prædictus capel-
 lanus maior persoluit ex ordinatione & mā-
 dato illustris D. Ioannis secundi eiusdē En-
 ricī filij . Omnes vero triginta quinq; facella-
 ni habent sacrarium commune ; ubi asseruan-
 tur ornamenta : interquæ omnia potissimum
 est crux quedam aurea , magno quidem pre-
 cio aestimanda , varijs gemmis inserta : quam
 regina Catharina Christiani cult⁹ studiosissi-
 ma lubenter donauit . Adstant quoq; diuinis
 officijs duo clauigeri regalia sceptra tenētes ;
 totidemq; editui ; alter quidem dicitur regū ,
 alter vero reginæ , cum tribus sacrificulis .
 Hanc insuper pulchram capellam pulchrio-
 rem vitree fenestre pelluentes reddunt . Ei⁹
 lapideę testudines tote fere cum sepulchris
 & parietibus lineis distincte sunt aureis .

CDE SACELLÒ BEATI IACOBI
Cap. xxvij.

Quod sequitur diui Iacobi magnifici templi instar habet edificium; solū ex toto basilicę ambitu tribus aditibus peruiū. Quod olim arte & structura eleganti conde re cœpīt, dum fata manebant, D. Aluarus de Luna magister militię Spathę & Castellę comestabilis: fecitq; sibi monumentum ēneum & eidē propriam eiusdem materię statuā affixit. Quæ iussu infantis, D. Enrici, filij tertij Ferdinandi Aragonū regis, qui comestabile maximo prosequebatur odio, diruta sunt: Hispani enim filios regū post primogenitū infantes appellāt. Ex monumēto autē & statua sacrum baptisteriū huius sacrosanctę ecclasię fuit conflatū; seu duę bombardę, ut habetur in chronicis Hispaniarū, quas citat commentator metrorū Ioannis de Mena linguae nrę vernaculę insignis poetę, in metro. 2 6 4. & 265. de eo enī ab eodē poeta in eo loco mētio sit. Nonnulli tamen & forsitan rectius prædictū baptisterium, ac etiam pulpitū, e quo contiones ad populum fiūt, esse conflata esse

uerant. At dictus Aluarus de Luna infusa
 acerbacq; morte præceptus facellum hoc im-
 perfectum sine prouenture reliquit. Postea. D.
 Ioanna Pimentel illius vxor redditum cõsti-
 tuit trib; facellanis, qui singuli quolibet mē-
 se vndeclim missas pro eius & mariti anima-
 bus celebrarent. Eorum corpora latēt in hu-
 ius facelli antro, vna cum cadaueribus paren-
 tis Aluari de Luna & Petri de Luna patrui
 toletani archiepiscopi: necnon Ioannis Cere-
 zuela fratri eiusdem Aluari de Lu-
 na archiepiscopi etiā Toletani; in cui⁹ antiſti-
 tis tumulo hoc distichō inscriptū est ex Boe-
 tio lib. de consolatione desumptū, quod qui-
 dem magis comestabili congruere videtur.
 Quid me ſalīcem totiens iactastis amici:
 Qui cecidit, ſtabili non erat ille gradus.
 Non tñ absre distichon est monumēto super
 additū: prima enī ruina comestabilis Aluari
 de Luna ei⁹ fratris e regia curia in exiliū eie-
 citi paucis diebus ante archiepiscopi obitū ac-
 ciderat. Monumēta autē eorū marmorea, ex
 trenueçp excisa: duo comestabilis et. D. Ioā-
 ne Pimētel coniugum in medio facelli pau-
 mento, reliqua vero intra concava parietum

apparent. D. etiam Eluire de Fuenf salida in
stitutione in eodem facello quinques vna
quaq; septimanā diuinum peragitur sacrifici-
cium ab vno ex portionarijs non alienē capel-
le astricto: cui pariter et alijs; quos p̄diximus
vnicus ædituus exhibet ministerium.

DE SACELLO SANCTI ALPHONSI
Cap. xxix.

Hic connexum est Diui Alphonsi sa-
cellum: vbi sub aurorę exortum missa
ea de re celebris in honore sanctissime virginis
nis dedicata peragit: quæ vulgo a facelli no-
mine diui Alphonsi appellatur: a. D. Roderi-
co Toletano archiepiscopo, qui historiam
Hispanicam cōscripsit instituta. Iacet in hoc
facello corps. D. Egidij de Albornoz cardi-
nalis; Toletani archiepiscopi, ducisq; genera-
lis ecclesię Romanę: qui patrimonio beati Pe-
tri vrbes multas & municipia (vt diximus)
restituit. Cuius cadauer ex Assisio humeris
piorum hominū concessa indulgentia in na-
tali sancti Bartholomei huc euectum: in mes-
dia facelli parte marmoreo monumento sitū

est. Fodēm vero die singulis annis per D. de
 canum & capitulum anniuersariū in memo-
 riam tanti presulū agitur: cui ob eius inclyta
 facinora ecclesia nostra hoc prestat beneficiū
 Die enim solenni nullū anniuersarium in hoc
 sacro tēplo celebrari consueuit. Corpus pre-
 terea. D. Ioannis a Contreras presulī itidē
 Toletani in concauo parietis septentrionalis
 eiusdem facelli conditū; obiit autem, 16. die
 Septembris anno a Christo nato. 1434. Est
 & aliud sepulchrum admodum celebre in pa-
 riete meridionali, vbi iacet cadauer. D. Al-
 phonsi de Albornoz, episcopi Abulensis, ne-
 potis. D. Egidij de Albornoz. Cuius episco-
 pi impensis duo facellani singulatim centum
 quinquaginta sex missas quot annis celebra-
 re tenetur. Alius itidem tumulus in pariete
 eodem meridionali cernitur: vbi iacet. D. In-
 gusa Carrillo atq; Mendoça. Sardinie insu-
 le prorex. D. Egidij de Albornoz nepos; fra-
 ter dicti episcopi Abulensis. Cuius statua ar-
 mata tumulo super imposita est: obiit enim
 in castris Granatensis anno. D. 1491. Alia
 etiā capellania est in hoc facello ab Aluaro de
 Jaraua scolaſtico cōchēsi & a Petro ramírez

Scholaſtico Toletano dicti cardinalis familiā
ribus cum officio triū missarum in qualibet
hebdomada instituta; quorū cadauera in eo
dē ſacello ſepulta ſunt. In quo duo editui alt̄
prīmē lucis miffē alter ceteris oīb⁹ deferuiūt.

DE SACELLO SANCTISSIMAE TRINITATIS.
Cap. xxx.

Sanctissimē trinitatis ſacellum huic pro-
ximum iam ruinosum, viuens refecit ad-
modum reuerendus Guterritus diaz canoniz-
cus Toletanus; ſub ſtatua p̄pria ī pariete ibi
dem tumulatus. Vbi quotidie miffa peragi-
tur ad uobus facellanis hebdomadatī celebrā-
tibus, per eundem Guterrium Diaz affigna-
to redditu instituta. Qui prudentia & pietas
te insignis in ſuo testamento ānuum censum
reliquit, ad emendum frumenta quotannis
per duos ex canoniciſ, egenis verecundis di-
ſtribuenda; addidit tamen nequis ad id depu-
tatus plures octo, aut pauciores quatuor te-
ſeras frumentariaſ (quas hanegas vulgo di-
cunt) pauperibus hiſce tribueret: vt ex titulo
in pariete meridionali inscripto conſtat; idq;
literis apostolicis roborauit.

CDE CAPELLA SANCTI NICOLAI

Cap. xxxi.

PRope est paruula quedam ianua, supra
 cuius limen structa eminet ædicula dia-
 uo Nicolao exacte sanctitatis & fidei sacra,
 ubi legitur epitaphium Nuñij Didaci archis-
 diaconi Talauereñ, in marmore parieti inser-
 to literis versicoloribus incisum huiusmodi.
 Hac tumba rectus Nuñi Didaci iacet rectus.
 Dogmate prouectus, virtutu culmine vectus.
 Nomine fabilis, est qz amabilis, opere charus.
 Genere, munere, fædere, funere, indole clarus.
 Archidiaconus nobilis Talaueræ vocatus.
 Qui pius populis migravit ad alta beatus.
 Nobiles sapere habiles opere hicqz dilexit,
 quos prædicatores orbis deus sine direxit.
 Obiit Augusto mense dies ante triginta,
 Mille trecentis annis ceto quadraginta.
 In hoc facello duo sunt facellani, quorū qui
 libet quinqꝫ missas in septimana celebrare te-
 netur, alter pro cardinalis domini Gundis-
 salui, alter vero pro archidiaconi Mantua-
 ni animabus. Dicta autem paruula ianua
 aditus est pueris ad scholam, vbi sub ma-

gistro musicæ dant operam: ad aliasque plures cellas ecclesiæ ministerio destinatas. Nam iuxta scholæ ianuam schalæ assurgunt, quibus ascendimus ad locum, in quo cera duntaxat in hac alma ecclesia distribuenda conficitur, & præparatur in aprico quodam magno, quod fenestris latericij orientē solem spectatibus extrinsecus pulchrum apparet. Intra scholā puerorum latet cubiculum, ubi hebdomati ci clericuli noctu ad matutinas horas surrecti dormiūt. Inferius iuxta aditum se ofert rationarij huius sacri templi cellula, qui redditus & chirographa ad fabricam pertinentia fabricęq; impensas fideliter scribit. Non longo abhinc tractu quibusdam scalis descendimus ad impluuium, ubi lapideę ecclesiæ artem suam exercent. Estq; ibi posticum viam publicam versus ad lapidiorum egressus in gressusq; copiam.

CDE CAPITVLO SEV CONCLAVI
vbi archipræsul & canonici ad ecclesiæ gubernationem congregantur. Cap. xxxij.

Conclave seu (ut nostri volunt) capitulū
Cdeinde sequitur: vbi illustrissimus archi-
 presul decanus & canonici ad ecclesiæ guber-
 nationem et ministeriū suo ordine confident.
 In quo iam nō vt in reliquis edificijs partibus
 artificum manus laudemus: sed prouide ad-
 ministrationis commoda admirremur. At si
 quis velit exteriora (quæ patent) contempla-
 ri: inueniet imprimis vestibulum, vbi quon-
 dam fuit beata Elisabet de Vngaria sacellū:
 quod forsan nobilis quidam vir nomine Cis-
 prianus cum cōiuge proprijs ædificauit sumi-
 ptibus: de quo titulus ad facelli fornicem in
 hunc modum scriptus quodam modo testifi-
 catur. Cebrian e su niugen fecieron estas bobadas.
 Quæ verba quem admodum se illic habent,
 referre volui, vt in eis maiorum simplicitatē
 consideremus. Cum enim Ciprianus hic di-
 c̄tum sacellum erexerit: seu verius hanc tem-
 pli partem suis ipse expēsis concamerauerit,
 cognomen inscribere in titulo noluit, nomi-
 ne tantum baptismali contentus. Hujus vide-
 tur esse sarcophagū marmoreum; quod iuxta
 valvas capituli parieti meridionali adhērens
 porphiriticis columellis innititur. Inter hoc

monumentum ac primum conclavis ostium
apparet cellula. ubi quidam facellanus crebro
adsistit: vinum & hostias omnibus ferme in
hoc sacro templo celebrantibus expensis do-
minorum decani & capituli impariens. Pro-
pe conclavis primum ostium, residet sceptri-
fer (qui & perticarius) recipies venientes ad
negocia, et nunciat Dominis decano & cano-
nicis ut de illorum mandato, cum expedierit,
eos intromittat: aut vocet quoscumque iussi fue-
rit. Sceptiferi vice (eo absente) alter pro ec-
clesie ministerio agit: ac citationibus alijscep-
negotijis tribunalis archiepiscopi inseruit. In
limine superno exterioris ianue visitur effi-
gies beatae Mariæ virginis redemptorem no-
strum in suo gremio souentis. Continuo se-
offert atrium pulchrum speculari fenestra me-
ridionali illustratum: eius vero parietes intri-
secus varijs fruticum figuris videntur. Deinde
sequitur senatus alsa etiam fenestra meridio-
nali illustratus: eiusque parietes vndique sancto-
rum imaginibus & historijs mirifice depictis
vestiti apparent admodum speciosi. Laqueau-
ria senatus atque atrij per pulchro artificis ope-
re elaborata auro splendescunt. In huius ses-

naculi frōte contra valvas locum tenet sublia
miorem archiepiscopi sedes; quam hinc inde
circunstat canonicorum geminus ordo sedis
lium. Supra quæ imagines preteritorum ar-
chipresulū perq̄ graphicē sunt depictæ: adeo
ut spirare protinus credat is, qui non prius
pictas cognouerit. Hortum sancti ab alijs au-
reo diademate mitra archiepiscopali inclusa
distinguntur.

CDE NOMINIBVS ARCHIEPISCO
porum huius sacri tēpli ad nostra vſq; tēpora.
Cap. xxxij.

NE tuam celsitudinem lateat nomina ar-
chipresulū nostre ecclesie ad vſq; no-
stra tempora preteritorum digni duxi, ea
dem serie, qua in capitulo sunt posita recense-
re. Adiuo igit̄ Eugenio martyre, qui prim⁹
huius almæ ecclesiæ fuit antistes exordia-
mūr; ac de ceteris deinceps prout ordine suo
post ipsum sunt secuti. Pelagitus Patronius,
Turibius, Quintius prim⁹, Vincentius. Pa-
uiatus. Natalius, Audentius, Asturias, Issa-
tius, Maiorinus, Castrinus, Campeius,

Sintatio, Praumatius, Petrus primus, Ceisi-
uis, Montranus, Julianus primus, Bachadus;
Petrus secundus, Eusebius, Excius. Adel-
phius. Aurasius. Sanctus Heladius, Iustus,
Eugenius secundus, Eugenius tertius. Et quā
uis dies natalitus huius Eugenij a nostra ec-
clesia non celebretur propterea forsitan q̄ cas-
talogo sanctorum adscriptus non fuerit. Di-
dacus tamen de Valera historicus in 3. parte
chronicorum cap. 3. Ioānes Iason in vītis san-
ctorum, cuius de sanctimonia, moribus & vi-
ta diuī Alphonsi tractaret, crebro Eugeniū
tertium sanctum appellant: et communis sermo
inter Toletanos ciues habet: Eugeniū agna-
tum diuī Alphonsi candidissimæ virginis sa-
cellani fuisse sanctum: quem cum sanctissime
vixerit, diuina fruitione letari non ambigen-
dum est. Sanctus Ildefonsus obiit anno
664. Quintius siue Quiriacus aut Cyriac⁹;
Sanctus Julianus obiit anno. 680. Fœlix, Si-
fibertus alias Sicarius / Guterius / Sindere-
dus primus, Sugifredus, Concordius Exila-
nius. Eupandius, Hinistrentius, Sinderedus
secundus. Opas Hispalensis fuit hoc tempo-
re: cuius proditione & astutia, vt in nostris

historijs habetur, utræque Hispania in barbarorum ditionem venit. Bernardus qui fuit primus archiepiscopus huius ecclesiæ postquam Tolerum restituta fuit christiano cultui; Raimundus antea Oxomensis episcopus, Ioannes primus, Celebrinus, Gundisaluuus primus, Petrus de Cardona, Martinus, Rodericus, Ioannes secundus, Guterrius primus, Petrus filius regis Castellæ, Pascasius, Sanctius filius regis Aragonum, claruit tempore Alphonsi regis cognomine sapiëtis, qui composuit septem partitum opus (quod Hispane dicitur siete partidas). Hic presul inclytus in humanis agens fideli zelo contra Sarracenos inconfinibus Bethice tribunus maior militum regis Alphonsi fuit. Qui dum incautus in hostes irrumpens milites suos antecederet captus ob truncatus fuit. Nam cum singuli duces vellent captiuum presulem in triumphum habere, ne inter ipsos dissensio oboriretur, quidam ex eis caput an tistiti ense falcato amputauit. Postmodum vero huius primatis corpus delatum fuit Tolerum sepultumque prope regum veterum monumenta, quæ (ut diximus) in proprio sacello erat illuc, ubi nunc altare basilice præcipuum est:

Supra cuius tumulū hęc erāt inscripta carmina,
iure regibꝫ p̄cipibꝫ q̄b memorię mādāda,
Sanctius Hesperiae primas ego regia proles
Aragonum; iuuenis sensu feror hostis in hostes.
Turbidus, incautus, mihi credo cedere cuncta.
Nec minimum fallor; quia credens vincere uincor.
Sic quasi solus ego pereo; dat dogma futuris
Mors mea, ne dominus præcedere marte sit ausus.
Cōtinuo successit Gūdisaluus secūdus, cardinalis.
Ximenez, Gūdisaluus tertīus, Guterrīus
Secundus. Egidius de Albornoz cardinalis,
prius archidiaconus Calatruensis, Blasius,
Vascus a Toleto, Gemetius Manrricus. Pe-
trus Tenorius tertius. Petrus de luna q̄rtus,
Sanctius de Rojas secūdus, Ioānes de Cōtre
xas tertius; Ioānes de Cerezuela quartus. Gu-
terrius a Toleto tertius, Alfonsus secūdus co-
gnomēto Carrillo. Pétr̄ de Mēdoça quītus,
cardinalis sancte crucis in Hierusalē, patriar-
ca Alexādrinus. &c. Fr̄ Frāciscus Ximenez
a Cisneros cardinalis sc̄e Balbinę, Hispanię
gubernator; Aphriceq; debellaror; obiit octa
uo Nouembris āno. D. 1517. Guillermus de
Croy primus, Cardinalis, ep̄s Cameracensis,
natione Elādrus, obiit in Germania nō visa

Fo. lxxxiiiij.

Hispania, II, Januarij anni 1521. Alphonsus de
Fōseca tertius, vir pius et clemēs obiit quar
to Februarij anni 1534. Ioānes Tāuera quīn⁹
cardinalis tituli sancti Ioānis ante portā lati
nā, vir prudētia & rēperātia eximī⁹, obiit Ka
lendis Augusti anni 1545. Cui reuerēdissimus
D. Ioānes Martin⁹ Siliceus tuę celsitudinēs
magister; cōfessor; et maior sacellanus, p quā
digne successit; qui in hac archiepiscopal i gū
bernatione (nisi interim te autore ad summū
pontificatus fastigiū peruerenerit) Nestoreos
fōeliciter viuat annos.

C D E CONCIONIBVS Q VAE IN
hoc sacro sancto tēplo habentur. Cap. xxxiiiij.

S Ed priusq; ab hoc loco discedam⁹; admo
nere lectores volumus statis quibusdam
diebus quotānis in hoc amplissimo capitulo
cōciones publicas latine haberi; quib⁹ priua
tim beneficiarij & postremo vniuersa turba
ad honestatē & virtutē admonent. Prima cō
cio. 16. Cal. nouēbris habetur (q dies facer di
uo Luce est) a grāmatice artis p̄fessore; ad bo
nas artes capessendas vniuersi auditores inci
1 iiiij

tantur : quoniam ab eo die publico studiorum
forum consensu studijs & literarijs vigilijs
acrius incumbitur , ac proinde oratio in lau-
dem scientiarū dicitur , consenso suggesto : si
forsan presul adesse contigerit , sin minus in
secundo gradu archiepiscopalis sedis , pulvi-
no purpureo desuper strato . Secunda postri-
die festi omnium sanctorum , defunctorū me-
moriae tribuitur , quā decanus aut ab illo su-
brogat , quemadmodum & reliquas de qui
bus dicemus , habiturus est . Tertia diē cinerū
sibi vendicat , vbi de rerū humanarum contē-
ptu agitur : habetur hæc statim ut preces ora-
rie , (quæ primæ in choro dicuntur) finitæ sunt .
Suscipiunt hanc alia , quæ ad diei religionē
pertinent , & demum altera hispana concio ,
quam vniuersus populū congregatus audit
in loco vbi demore fieri cōsuevit . Hoc ideo di-
xerim : ut ecclesiæ nostræ pietas inotescat ; que
ferme sub eodem tempore duabus concioni
bus , alteræ latine alteræ hispanæ operam dat .
In hebdomada sancta duæ itidem die I cuius ,
& die sabbati recitantur quarum altera vlti-
mam domini nostri cenam , qua augustissimum
illud sacramentum institutum est , altera sepul-

nuram dominicam cōmēdat. Feria secunda
post resurrectionem lētitia de Christo viuen-
te concepta, & spes futuri seculi concionato-
ri declamanda est. Claudit numerum deipere
& intemeratē virginis assumptio, nam postri-
die eius diei de ea re concio habenda est. Cō-
uenit ab omnib⁹ beneficiarijs ad eas audiē-
das, neq; abesse sine mulcta licet. Et quoniā
concionum, quę latino sermone habētur; mē-
tionem fecimus, nō abs re erit & de hispanis
non nihil recensere; ad quas adeo frequēti &
assidua turba conuenit, vt facile quisque
coniecturam inde faciat huius vrbis deuotio-
nis & pietatis. Quę p̄finitę & statę haben-
tur, omnes numero quinquaginta nouē sunt:
ex quibus triginta septem loco publico & ce-
leberrimo, ad eos usus nimirum structo, reci-
tantur: is est eminens illud & porphiriticum
suggēstum, quod a parte sinistra maioris fa-
celli collocatum esse diximus. At quæ super
sunt viginti duo summo mane ad primūcym
bali sorum priuatis facellis, aut locis alijs fa-
cratis dicuntur, quales permulti in columnis
templi sunt: nam cum olim pilis eisdem alta-
ria adhererent, maioribus nostris templi spa-

ciū prudenter dilatantibus, monumēta solū
remansere diuorū memoriā tātūmodo obser-
uātia; ut cap. de oratorijs patebit. Rursus ex
illis triginta septē, quę magis publicę & gra-
uiores sunt nec quibusuis temere commissę,
viginti sex monachorū cōenobia; quorū ma-
gna copia in vrbe nostra est, more maiorū iā
olim sibi vendicāt. Series vero (prout annus
voluitur a dominicis aduētus inchoantibus)
talis quedam prescripta est: prima aduentus
dominica cōenobio diui Petri Martyris; qđ
prēdicatorū est, cōcedit; secundā deinde diui
Frācisci asseclę obtinet: tertiā monachi diui
Augustini: q̄rtā Carmelite; quo ferme ordi-
ne vscq; ad virginis sanctissimę nativitatem, q̄
sexto idus Septēbris recolitur, a viris eorūdē
cōenobiorū doctis pariter & religiosis ad dei
laudē tādē eloquia sacra absoluuntur. Vnde
cim alia festis aliquot de more diebus a viris
theologis, quorū vita & doctrina speciata sit
recitātur. His poteris & aliā numerare con-
tionē, quā vniuersū capitulū singulis hebdo-
madibus quadragesimę tēpore commendat,
quę certo quodā (prout ipsis videtur) die pu-
blico illo suggesto pronunciatur, preter has

adhuc singulis quadragesimis hebdomadis,
 feris, secunda, quarta, & sexta, in claustris, ma-
 tutino tempore, ad tertius tymbali istum, a di-
 uorū Dominicī, Francisci, & Augustini asse-
 clis (iuxta prescriptū superius ordinē) concio-
 nes non minori frequentia habentur, ut vrbs
 nr̄a populosissima est, qnā quæ postea p ro-
 stris pronunciantur; hoc est loco illo amplissi-
 mo et grauiſſimo, vbi suggestum porphyriti-
 cum cernitur. Dominicis vero eiusdē quadra-
 gesimē diebus statim post meridiem spatio,
 quod inter portā indulgentię & chorū bene-
 ficiariorū est, sanctę trinitatis monachī (qui
 cruce insigniti sunt) concionatūri de more ac-
 cedunt ligneo suggesto ad tempus apposito:
 maioribus nostris, quibus magna pietatis
 cura fuit, hoc vnum contendentibus, ut om-
 nium ordinum hominibus, omnisque sexus,
 & cuiusvis tribus euangelica doctrina ferme
 oninibus diei horis declaretur.

EDE SACELLIS DIVORVM EGIDI
 Ioannis baptistæ, ac beatæ Annæ matris sanctissi-
 ma virginis Marie. Cap. xxxv.

STatim sequitur diui Egidij facellum: vbi
quatuor capellani^e habentur: prima a fœ
mina quadam Hispana lingua doña Sol nū
cupata instituta cum quinq^z missarū occurz
rentis die officio in qualibet hebdomada: al
tera, a. D. Raímundo canonico Toletano sub
cura centies & quinquies annuam peragēdi
celebrationem: tertia ab Aluaro Lupo Tole
tano canonico, cum officio centum nonagin
ta quinq^z missarum quot annis celebrādarū:
quarta deniq^z sub durarum & quinquaginta
quot annis missarum cura a Petro Fernández
de Villalobos canonico itidem Toletano re
licta est. **C**ontinuo se offert sancto Ioāni
Baptistē sacer locus, vbi D. Gundisalu⁹ bo
me, archicpiscopus Toletanus: qui ex omni
bus huius almæ ecclesiæ præsulibus primus
(ut fertur) apicem cardinalatus obtinuit, qui
quies pro defunctis in hebdomada rem diui
nam faciendam iussit. Deinde doctor Fernan
dus Diaz, archidiaconus Nehulensis, ac To
letanus canonic⁹, prefectus facello, quod no
uorum regum dicitur, quatuor instituit hic
missas hebdomadatī celebrari: pro animabus
regum & reginarum in facello sitorum, cui

ipse prefuerat, necnon Fernandi Aragonum
 regis & Leonore illius coniugis. Duodecim
 præterea quot annis anniversaria: quæ postea
 autoritate apostolica ad duas tantum missas
 in septimana, anniversaria vero ad octo dun-
 taxat redacta sūt. Tria adhuc festa. s. diui Gre-
 gorij sancti Fernandi alias sancti Antonij de
 Padua nuncupati, et conuersionis beati Pau-
 li celebra nre reliquit. Item in vltimis mēsiū
 quorumlibet sabbatis missam defunctorum
 solennem per facellanos nouorum regum ad-
 pellatos cæreos albos in manib; habentes in
 censos celebrandam instituit. Tandem quois
 anno tertia die Octobris anniversariū in me-
 moriam dicti Fernādi Diaz archidiaconi ab
 ecclesiæ proceribus agitur. Ipsius vero archi-
 diaconi celebre monumentum in cōcauio pa-
 rietis orientalis huius facelli clatrī ferreis cu-
 stoditur. Quod sacellum obseruādīs eius or-
 namentis recessum continet; in cuius ara ibi
 diuo Brítio dicata quatuor missæ singulis he-
 bdomadis a Catharina domina oppidi de So-
 lera dicti institute pro anima eius & suorum
 recitantur. Aedituus autem huius capellæ a
 primo sono tintinabuli, quod dicit de prima

ad usq; peractum missæ maioris officium or-
namenta ceteraque diuino cultui necessaria cū
etis ibidem celebrare volentibus tenetur mi-
nistrale. ¶ Statim beatæ Anæ sacellum se-
quitur, vbi due capellaniæ p reuerendissimum
D. Rodericū archiepiscopū Toletanū insti-
tute sunt: prima pro animabus. D. Fernandi
regis & eius matris. D. Berengariæ cum cu-
ra quinq; missarū in septimana: altera etiam
cum toutidem missis pro animabus parentum
& fratrum eiusdem. D. Roderici.

DE SACELLO REGVM VETERVM
nuncupato. Cap. xxxvi.

Proximū huic est sacellū sanctæ crucis,
qd alij etiā duobus nominibus appella-
tur, scilicet spūssancti, eo q; hic olim solebat
esse sacellū sancti spiritus; & regū vetustorū,
propterea q; in eo pro dictorū regū animab;
diuina peraguntur officia; fuitq; primitus edi-
ficatum sub invocatione sanctæ crucis in Ios-
co, vbi nunc prcipuum ecclesiæ altare situm
est: indeq; causa ampliandi chori sublatum,
huc, vbi cernitur, translatū fuit. Corpora ve-

ro clarissimorum regum qui ipsum fundauere
 iuxta dictum maius altare super forniciis ex-
 tenuis elaboratis (ut supra diximus) iacet se-
 pulta: quod ex titulo in parietate huius facelli
 Hispane exarato constat, qui ita se Habet.
 Esta capilla del rey don Sancho de gloria memoria
 fuit fundada so invocacion de la cruz do esta aro-
 ra el altar mayor de esta sancta yglesia, y quedan
 do los cuerpos de los reyes a los lados del altar: fue
 trasladada aqui por mandado de los catholicos pri-
 cipes don Fernando y doña Ysabel, nuestros seño-
 res en 18 de Enero de 1497. años. Sacellum ve-
 ro ipsum totum desuper testudineum est: ha-
 bens in fornicis summitate duos arcus in mo-
 dum crucis: in cuius medio sunt stemmata re-
 gis Castelle & Legionis circulo aureo insig-
 nita. Continetque tria altaria orientem ver-
 sus erecta suis tabulis mire depictis ac signis
 auratis decorata, medium præcipuum est
 ac spiritui sancto paracleto dicatum / dex-
 trum vero diuo Ioanni Evangelistæ: sini-
 strum autem sanctæ Catharine: quod qui-
 dem altare olim diuo Michaeli sacrum esse
 solebat. Illustratur facellum duabus spe-
 cularibus fenestris: altera supra pia signa

altaris mediū cernit, redēptoris nostri a mortuis resurgentis imagine, & sub eius pedibus regijs stemmatibus decora: altera in pariete meridionali spiritus sancti aduentus in discipulos imagine effigiata splendet. Sedilia vero sacellanorum ex nuceis tabulis confecta parietibus h̄erent eregione ararum. Supra sedilia eminet aquila C̄esarea, biceps seruās in pectore insignia regū Castelle & Legionis. Continet dicta capella sacrarium, vbi omnia eiusdem facelli ornamenta, atq; alia ad diuinum cultum spectantia custodiuntur: in quo schalæ habentur: quibus ascendimus ad quoddam impluuium subdiale ministerio sacerdotum destinatum. Ipsi autem facellani missam quotidie solennem ad primū cymbali ictum, quod dicitur de prima, celebrare tenentur: vbi & clauiger adsistit regia sceptra tenens. Ordo vero missarum huiusmodi est: dominica missa quīc; plagarum. ferijs. 2. 3. 4. & 5. pro defunctorum regum animabus peragitur; feria. 6. de sancta cruce; dies abbati de matre virgine; & hic modus per totum annum habetur, exceptis solennibus diebus, qui (ut superius cōmemorauimus) de gratia appellātur. Preter

tur. Præter eam vero missam, quæ ab omnib⁹
 simul peragitur, qui uis facellanus tenetur p⁹
 eisdem regibus & reginis quot annis cētum
 triginta duas missas celebrare. Post meridia-
 nū autem tempus nullum hic diuinum dici-
 tur officium, dempta omnium sanctorum so-
 lennitate; in qua pro dictis regibus & regi-
 nis ad primam pomeridianam horam officiū
 defunctorum vespertinum cū tribus noctur-
 nis & laudib⁹ decātatur: quo peracto, præeū
 te sceptrifero; puerisq; togatis ctucē cæreosq;
 deferentib⁹, presbyter veste amictus funes-
 bri procedit: quem reliqui sacerdotes hora-
 rias psallentes pro defunctis preces sequuntur
 vsc⁹ ad chorū augustiorē ubi sub mausoleis
 iacet corpora regia, quib⁹ aqua lustrali aspa-
 sis omnes suo ordine ad facellum reuertunt:
 Porro facellani (qui tredecim cum præcipuo
 sunt) sola prouisione regia, absq; vlla aposto-
 licavel ordinaria collatione admittuntur. Clau-
 ditur deniq; facellum clatrī ferreis vtrinque
 circa verticē deauratis: in cuius culmine me-
 dia est crux ferrea mediocris magnitudinis
 vndiq; etiam deaurata: infra quam videre est
 insignia ecclesiæ s. virginis descensionis figu-

ram in dextro latere, & in sinistro. D. Alphō
si de Fōseca antistitis, regis interpositis stem
matibus. Inter extremos cancellos et arā con
tiguam scutum cernitur epitaphium memo
rabile continens huiusmodi. Aqui y aze don
Martin martinez de Calahorra arcediano de Cap
latraua y canonigo de Calaborra e fue electo en cō
cordia para ser obispo dela yglesia de Calaborra
y dela Calcada e no lo quiso rescebir por honra de
la yglesia de sancta Maria de Toledo: e fino mtez
ue dias andados del mes de Abril año de 1368.
años. Ex quo (si animaduerteris) & templi
Toletani maiestatem excellentem, & dicti ar
chidiaconi bonitatem insignem facile agno
ueris: qui, ne huic celebri ac sacrae basilice in
iuriam aliquo modo irrogare videretur, ar
chidiaconatu, nec ex vberioribus huius eca
clesiae, contentus, tam illustrem tamque opu
lentum episcopatum (eius gloria minime ille
ctus) acceptare noluit. Prope est ara pi
le cohærens Mariæ virginis (quam de conso
latione appellant) dicata per dominum Go
mezium Manricum erecta, quæ multis mi
raculis claruit: præcipue resurrectione puelli
& foemine infectoris cuiusdam (vt ferunt)

cōiugis; quorum lignei loculi in perpetuam
rei memoriam iuxta hanc aram pendent ad
parietem.

DE CAPELLA SANCTAE LVCIAE

Cap. xxxvij.

Sanctæ Lucie facellum mox sequitur; in
quo reuerendissimus dominus Roderic,
archipræsul duas instituit capellanias; alte-
ram quintæ missarum in hebdomada pro am-
ma regis domini Alphonsi: qui Toletum ab
Agarenorum manibus eripuit / alteram
cum totidem missis pro eius deuotione.
Accesserunt insuper aliæ diuæ capellaniæ, pri-
ma quidem a domino Ioanne de Morales
archidiacono Guadalfajario cum officio ter-
in septimana rei diuinæ facienda: altera ves-
tro a Francisco Fernandez Cantore Seconti
no sub cura centum quinque missarum sin-
gulis annis constitutæ. Dicitus Ioannes
de Morales apud Toletum Pontem de
Guadajara runcupatum proprijs struxit

m ij

expensis: quem capitulo huius almae ecclesie
reliquit. Quatuor in hoc sacello habentur se
pulchra, vnum in ipso ferme ingressu ad la-
tus sinistrum brevibus e iaspide suffultu co-
lumellis super addito hoc epitaphio.

G. miles Didaci iacet hic heu morte rapaci.

Ob cuius letum tristatur tota Toletum.

Dapsilis, & charus, humilis, prauis bene rarus.
Omnibus hic gnarus, praedclaro sanguine clarus.

Mitibus hic mitis, tamē hostibus esse studebat.

Hostis; fulgebat propter certamina litis.

Militiae semper hic suspirabat ad usum,

Ad requiem torpebat: ad arma volabat:

Moribus ornatus, simul alloquioq; beatus;

Marmore sub solido iacet hic miles tumulatus.

Christe redemptor ei presta solium requiei.

Nostrae vitæ spei parceredemp tor ei.

Iste die prima fuit Aprilis tumulatus,

Aera millena tricentenaq; tricena.

Necnon & terna tulit huc manus ipsa superna.

Alia duo monumenta hærent orientali parie-
ti, quorum alterum ligneum. D. Petri Barro-
si episcopi Secontini corpus habet receditum:
qui obiit. 4. Kl. Augusti era. 1324. alterū mar-
moreū est; ubi (ut aiunt) cadaver Dominici

Paschalis canonici Toletani iacet: qui in cruce
in confictu portus quem Hispane dicunt del
Mularum vexillum sancte crucis manibus fe
rens, coram archiepiscopo. D. Roderico ferri
solitum, per Agarenorum acies miraculose
illefus transiuit. Haec olim sita erant in capella
spiritus sancti: que dum sacellatis regis co
lenda daretur, in hanc translata sunt. In parie
te autem meridionali ad dextram altaris hoc epi
taphium legitur.

Hoc positus tumulo fuit ex parte improbitatis.
Intus et extra fuit immensa nobilitatis.

Largus, magnificus fuit, et dans omnia gratis.
Et speculum generis; totius fons bonitatis.

Cuius larga manus ignorans clusa manere;

Cunctis dans cuncta cunctos nouit retinere

Cuius porta domus non claudebatur egenti:

Neque alij cuique, sed aperta stabat venienti.

Nec dare cesabat, dare cunctis semper amabat.

Nulla dedisse putans, augebat munera dando.

Sic augens vixit: Christuni requiescit amando

Obiit Ioannes Garzia. 14. de Octobre. 1326.

Alium itidem tumulum intra occidentalem pa
rietem prisco modo elaboratum videmus cum
suo titulo, quod ita se habet.

m ij

Vallisoletanus abbas iacet hic tumulatus;
Nomine Gomezius quondam fuit ipse vocatus;
Toletinatus, cuius generosa propago.
Moribus ornatus fuit hic probitatis imago.
Largus, magnificus, electus Mendoniensis.
Donis inmensis cunctorum verus amicus.
Et quamuis fuit abbas dotatus in istis,
Et multis alijs: potuit sic dicere tristis.
Quā sit vita brevis hominis, quā sit breve posse
In me cognosce, qui mea metra legis,
Qui quondā potui, qui quoddā magnus habebar;
Iam modo nil possum, puluis Cofsa manens.
Nil mihi diuinitæ, mihi nil genus atqz iuuentus
Profuit, hæc vita nihil est aliud nisi ventus.
Ergo tibi caueas, ne te decepcio mundi
Fallat, nam poteris cras (sicut ego) mori.
Obiit. iiiij. Kl. Augusti æra. M. ccc. xxiiij.
Et inferius hæc inscripta sunt carmina.
Hic iacet æde brevi clausus mortis dominæ vi;
Abbas electus, prudensqz notarius, altus
Ut Legionis, Mendoniensis, Vallisoleti
Diues, famosus, largus, iuuenis, generosus;
Toletanorum speculū, protector eorum,
Quem deus ijs dederat, ut præfulgeret in ipsis,
Nam lux urbis erat viuens.


Portam quam diximus leticie huic facello ad iacentem a lateribus circundant duo intra parietem concava sepulchris destinata. Contumuo adest ianua parua, qua per cochlides scaeras in pila intrinsecus ad predicta ingentia organa ascendimus. Statim occurrit diui Christophori effigies magna membrorum proceritate depicta.

EDE SACELLO DIVI EVGENII

Cap. xxxviii.

Domi Eugenij sacellū deinde suscedit; qd olim Hispane sant Pedro el viejo dicebatur, fuitq; ibi parochia diui Petri; quā Sanctius de Rojas archiepiscop⁹ alio trāssferēdā curauit, vt suo loco referemus. In hoc facello quondam etiam corporis Christi nuncupato, eo qđ eucaristia egris parochianis administranda ibidē seruabatur, quedā capellania a. D. Roderico archiepiscopo cū officio quin qđ missarū in hebdomada occurrētis diei instituta est. Alię prēterea duę habent: altera triū missarū in septimana, feria. 2. pro defunctis; feria. 6. de sancta cruce; die sabbati de beata Maria a. D. Francisco Fernandez de Cuēca

m iiij



SACRA CRUZ

271

archidiacono Oretano ac Toletano canonico
relicta: altera a Ferdinādo de Acitores nobili
decurione huius vrbis, cum munere singulis
hebdomadis trium missarum. Tres deniq; ca-
pellarias ab illustri. D. Fernādo del Castillo
episcopo Baioresi, qui hoc facellum refecit;
institutas esse reperimus: quarū cuius hebdō-
madatim quatuor missarum munus adiungi-
tur, pro institutoris et suorum defunctorum
animabus. Huius episcopi tumulus splendi-
dus intra parietem orientalem eiusdem sacelli
cernitur.

DE CAPELLA SANCTI MARTINI
Cap. xxxix.

Toannes Lupus de Leon canonicus Tole-
tanus sancti Martini sequēs sacellū semi-
dirutum restaurauit, ac prouentum duobus
diuini officij ministris ex portionarijs assi-
gnauit: qui quidem alternis dieb⁹ (etiam ijs,
qui de gratia appellātur) vnicā missam cele-
brare tenentur, nisi nota obstat valetudo.
nam tunc sacellanorum vices alijs gerūt eorū
dem sumptibus. Mandauit etiam anniuersa-

rium singulis annis postridie solennitatis san
 cti Martini ab ecclesię proceribus celebrans
 dum. Item alia duo anniuersaria; alterum per
 facellanos chori, alterum per sacrificulos de
 cantanda. Nec silenda est huius viri ardens
 charitas : siquidem amplum censum sorti
 to diuidendum triginta superç pupillis vir
 ginibus maritandis legauit : inter quas natæ
 trium confratrum confraternitatis sancti Pe
 tri etiam viuis parentibus admittuntur ad for
 titionem: ac pauperibus viris centū quinqua
 ginta etiam sorte togandis vestibus quibus
 dam (quas dicunt capuzes vulgo) redditum
 per duos canonicos erogandum reliquit. He
 autē vestes in tribus anni solennitatibus: na
 tiuitate, resurrectiōe domini, & festo assump
 ptionis beate Marię (i singulis pari numero)
 distribuuntur. Verum puerę anteç dotis por
 tionem (que est quicq millia numorum) acci
 piant , benedictionibus nuptialibus in hoc
 eodem facello decorantur. Quod nulli mirū
 sit, canonicum tam amplum prouentum reli
 quisse nihil enim consanguineis legauit, di
 cens bona clericorum pauperum esse in cap.
 fin. 16. q. i. redditusq obtinuit vberimos &

centesimum annum longissimum hominis vi
tae tempus excessit: in. l. Ut inter diuinum de
epis. & cler. C. Fuit namq[ue] altissimi regis Ioā
nis abaui celsitudinis tuę sceptrifer: descendit
q[ue] anno. D. 1529. ad mensis Decembris finem.

DE SACELLO CONCEPTIONIS IN
temerata virginis. Cap. xl.

SI libeat ab ecclesia exire: adest tibi ianua
predicta: quę dicitur decani, alio nomine
dela Oliua, si vero pergas vterius cōceptio
ni beatę Marię virginis facillum dicatum vi
debis, quod olim. D. Ioannes Salcedo archi
diaconus Alcaracij, canonicus Toletanus,
regum nouorum facellanis prefectus, proto
notarius apostolicus erexit, multisq[ue] benefi
cijs & prestimonij s d itauit, mercede duobus
cum editio sacerdotibus relicta, decies in he
bdomada rem diuinam facturis, dominica
de trinitate, feria secunda pro defunctis, feria
tertia de sancto Antonio, feria quarta de con
ceptione virginis, feria quinta de sancto sa
cramēto. Quindecim item anniversaria pro
regum expiationibus, quorum facello fuerat

ipse prefectus a regis sacellaniis in eodem sacello peragenda. Insuper festum conceptionis sanctissimae virginis; & anniversarii pcceres ecclesie soleniter celebradu instituit.

DE SACELLO EPIPHANIAE

Cap. xlj.

Quod hinc se offert facellum epiphanię fundase dicitur Petrus Fernandez de Burgos cum coniuge, qui duas ibidem instituit capellanias, quanlibet cū officio duarū in hebdomada missarum, vna pro defunctis; altera occurrentis diei; quas per duos ex portionarij ecclesie disposuit celebrari. Qui antiquitus ex institutione accipere solebant, pro quauis missa eleemosynā mercedis nomine q̄tuor dūtaxat dipondios, scilicet octo minutulos nūmos vel (ut sic dicā) ḡreas blacas. Ex hoc intelligit nō fuisse apud maiores n̄ros eā humorū copiā que nunc est, quādo pro retributione vnius missę cōferenda quatuor solummodo dipōdij tribuerent. Hoc facellū postmodū redificauit Ludouicus Daça canonicus Toletanus, qui alias etiā duas capellanias

in eo constituit (vbi etiam est editimus utrisque
satellans inseruiens) vnamquaque quinque
missarum in hebdomada. Hic Ludouicus
ex ventre matris, quam pregnantem Pante-
ra occidit, natus fuisse dicitur; vt iam non sit;
q̄ miremur, Iulium Cæsarem cæsso matris
ventre natum fuisse vt . glo. in verbo Cæsa-
re refert in proœ. ff. veteris , non attendens
rei geste historiam. Plinius enim naturalis hi-
storię libro septimo capite nono tradit; quod
memoratu dignum est. Scipionem Aphrica-
num primum fuisse dictum Cæsarem a cæso
matris vtero, cuius verba sunt , Auspicatius
enecta parente gignitur. Sicut Scipio Aphri-
canus prior natus: primusq; cesar a cæso ma-
tris vtero dictus. Non igitur Iulius Cæsar,
(qui dictator perpetuo epitheto dicit ab eru-
ditis) natus est cæso vtero materno, qui ma-
trem habuit Aureliam fœminam primariam
quam eo tempore amisit (vt Suetonius in vi-
ta Iulij Cæsaris autor est) quo in galia bel-
lum gerebat; eiusq; pater etiam fuit Cesar ap-
pellatus. Hanc circa Cæsaris nomen digressio-
nem magnanime princeps non tibi in amoenā
fore arbitror: siquidem pater ipse tuus imper-

rator inuictissimus multo quam vniuersi Ce
fares fælicius multoq; iustius Cesar semper
Augustus appellatur.

CDE CAPELLA MOZARABVM ET
anborum sacrorum origine.

Cap. xlj.

TN extrema templiparte, vbi cœpte turris
fundamenta surgebant, sacellum visitur
clavis septum deauratis, olim corporis Christi
dicebatur, nunc Mozarabum capellā vul-
gus appellat. Memoria nostra cum hic esset
capituli cogendi locus. D. Franciscus Xime-
nez archiepiscopus translato in eum locum,
vbi hoc tempore canonici congregantur, cas-
pitulo, hoc ibi sacellum extruendum sacrifici-
illis faciendis dedicandum curauit, quę dicū-
tur Mozarabum. Horum sacrorum origi-
nem, quoq; ea modo ad nostra vscq; tempo-
ra in hac potissimum vrbe permāserint, quo-
niām locus poscere videtur haud ab re fuerit
paulo altius repetere. Gens Visigothica hoc
est occidentales qui dicebantur Gothi, quo
tempore Hispaniam pene vniuersam Hono-
riū imperatoris permisso occupauit, cū esset

Arrianę impietatis persuasiōni dedita; non
mediocrem catholicis eius prouicie ecclesijs
perturbationē inuexit. Hinc cultus diuiniori
tibus varijs ceremonijsq; distracti orta consu
stio, vt nec inter Orthodoxos quidem ipsos
vna esset, vel sacrificandi, vel horarias preces
(que canonice dicuntur) psallendi cōsuetudo.
Deinde cum gens tota post cētesimū et citer
quadragesimum aduentus sui annū, antiqua
impietate abdicata; Orthodoxam fidem vna
cum rege suo Recaredo cupidissime accepis
set; iam inde pace ecclesijs reddita; de sacris re
bus cōmuni consilio constitūdis agitari coe
tum est, Idq; potissimum in vrbe regia sic enī
Toletum cognominabāt, q; eā vrbe Gothi
ci reges, tum q; opulenta maximeq; munīta,
placido prēterea cōelo vberiq; agro esset, tū
q; Hispanię vniuersę velut umbilicum quē
dam referret, caput regni sedemq; constitue
rāt. Hic igitur episcoporū conueniu indicto
(quod concilium quartum Toletanū fuisse
memoratur) patrum decreto sancitum est; vt
idem ordo orandi atq; psallendi in omnibus
Hispanię ecclesijs seruaretur. Porro de ordi
ne ipso placuit deinde, vt is de quo agimus

potissimum eligeretur, ab Isidoro quidem p̄t-
 tifice Hispalēsi viro summa id temporis tum
 sanctimonie tum doctrine opinione institu-
 tus; cui Leandrum nonnulli adiungunt His-
 palensis itidem ecclesię antistitem sanctitatis
 & ipsum laude preclarum: quasi utriusque
 opera confecta res fuerit; sed illud constat: ab
 Isidoro eum ritum Isidorianum officium a
 plerisque nuncupatum. Perseverauit hęc sacro-
 rum consuetudo in ecclesijs Hispanię, quam
 diu res Gotthorum in ea floruerunt, hoc est
 centum viginti circiter annos, usque ad exitia-
 le illā calamitatē, cū per Mauros Arabesque
 Sarracenos vniuersa pene regio cede incen-
 diisque vastata fusis fugatisque Hispanorum
 copijs, Punico cessit imperio. Cum autem in
 publica clade vrbs quoque ipsa regia in hostiū
 potestatē (idque ea conditione) venisset, vt op-
 pidanis liceret Christiano ritu, legibus, mori-
 busque suis in ea viuere: pleraque quidē ciuium
 multitudo spontaneum exilium Arabicę pre-
 tulit seruituti. Non nulli vero, quibus patrij
 domesticisque lares chariores libertate fuere; co-
 ditione accepta sub Arabū Sarracenorū im-
 perio sacrī suis retentis i vrbe māsere, Ergo

eiusmodi homines non in hac modo, sed in reliquis etiam urbibus opidisque Hispanie sub hostium ditione degentes: quorum quidem numerum Oppo^e illius proditoris impulsus hortatusque adauxerat, a reliquis Hispanis Mixtarabes, q^{uod} cum Arabibus permixtum viuerent, dicti sunt. Vnde illorum ritus ecclesiasticus officium Mixtarabum nuncupatus.

Quae vox tum temporis diuturnitate, tum stridula ipsa Barbarorum pronunciatione corrupta in eam degenerauit, qua nunc vulgaris vtitur Mozarabe. Vnde nimis fabula orta de Muza nescio quo Arabum duce, cuius videlicet beneficio, is ritus inter hostes seruatus, Muzarabis appellationem inueniret. Verum hoc sane commentum, cū nullo quidem testimonio dunataxat idoneo nititur, tū quam attulimus opinio receptę fidei historiorum autoritate fulcitur, & vetustissimorum etiam monumentorum documento. Igitur qui sic inter Arabes Toleti māsere, ijs sex urbis ecclesiaz, ubi rem diuinā facerēt, a barbaris permisso sunt diuorum Marci, luce, Sebastiani, Torquati, Eulalie, Iuste nominib⁹ dedicate, in quibus ritum illum Isidorianum

qui

(qui incolum⁹ florenti⁹ ciuitate in seplis oī
bus canebatur) captiua etiam quadringētos
ferme annos Mixtarabes illi conseruarunt.
Quo factum est, vt Toletanum iam officiū
appellaretur. At vero vrbe ipsa diuina tandem
benignitate Alfonsiq⁹ regis Fernandi magni
filij fœlicibus auspicijs recepta; cum de sacrīs
in ea instaurandis restituendisq⁹ ageretur: Ri-
cardus Massiliensis abbas apostolice sedis
legatus: cōstituēd⁹ eccliaſticę disciplinæ cau-
ſa in Hispaniam rege ipso postulante miss⁹,
ritum sacrorum a diuo Gregorio olim insti-
tutum, quo nunc vulgo utimur, quoq⁹ iam
tum Gallica vtebatur ecclesia (vnde et Galli
canum officium ea tempeſtate dictum) His-
panis ecclesijs omnibus, de regis ipsius ſentē-
tia obſeruandum tradere ſatagebat, antiqua-
to, abolitoq⁹ Toletano. Vrgebat hominis cō-
ſilium ſummo ſtudio Conſtancia regis uxor
nationis mulier Gallicę, quæ viri animū in
eandem ſententiam alioqui prouum incredi-
bili cōtentione stimulabat. Sed aduersus hūc
regis, reginę, legatiq⁹ consenſum, Toletanus
clerus, populusq⁹ vniuersus ritum ſuum fa-
cerū: tot ſeculis inter medios Barbaros con-

seruatum mordicus (ut aiunt) retinentes: pri
mo indignari, tremere, tumultuari; deinde li-
beris etiam vocibus clamitare, vim religioni
sue afferri, patriis se sacris per summum ne-
fas deturbari, externis ignotisq; addici; de-
nisq; pro suis tuendis, que absq; piaculo relin-
quere non possent, extrema pati paratos esse.
In eo tumultu accensis utrinq; studijs, cum
res ad apertam seditionem spectare videret,
visum communi consilio est, rem dubiam sin-
gulari armatorum certamine, de eius tempo-
ris more, recepto illo quidem magis q; pro-
bato terminare. Delecti itaq; milites, alter p
Toletano ritu, pro Gallicano alter dimicatu-
ri; dicitur certamini dies, apparatur locus, in-
gens omnium expectatio; par metus, vtraq;
parte pro se timente, vtraq; pro suo milite su-
peris vota nuncupante. Igitur pugnæ dies cū
aduenisset, frequenti admodum mortalium
turba spectaculi locum vicinaq; circu tecta
complente, in medium armati processere. Si-
gnosq; dato obuersis cominus armis i mutua
vulnera ruentes, summa uterq; vi, summa vir-
tute rem gerut. Accendebat illorum animos
circumfusæ multitudinis dissonus clamor ad

singula pugnē momenta sublatis. Tandem
 qd multis opus, victoria haud ita diu anceps
 penes Toletanum, militem fuit. Ingens tum
 subito populi vniuersi lætitia ingens plaus
 excitatus: omnis etas sexus; ordo, voce, ma
 nibusq; in cœlum sublatis profluentibus per
 ora lachrimis deo gratulari, militis sui virtua
 tem laudibus ferre, bonaç illi omnia certa
 tim comprecari: deniq; ad diuorum aras fre
 quentes concurrere, concepta pro religione
 vota illis ipsis sacris, a quibus illi steterant
 soluturi. Interim rex vehementi dolore per
 culsus, obfirmato nihilominus animo, in sen
 tentia persistebat. Itaq; euentum certaminis
 negare satis idoneum fuisse, diu ini cōsilij ar
 gumentum. Quin perniciose potius adeoç
 impio exemplo factum, quod de re sacra iu
 dicium funesto gladiatorum certamini per
 missum fuisset. Sibi quidem nefarium consi
 lium initio displicuisse; cessisse tamen publice
 temeritati, ne dum certaminis abnuit discris
 men, causę suæ diffidere videretur. Nunc cū
 res ipsa virgeret, non permisurum, vt incertū
 temerarit inq; periculum, pro cōperto, atq;
 adeo cœlesti iudicio recipere, Regis oñoni;

cum proceres omnes non solum vltro assen-
sissent, sed multis illam quoq; rationibus, ar-
gumentisque confirmassent, abrogatum tan-
dem pugnæ iudicium, resque de integro agi-
tari initio simul consilio ccepta est. Vbi cum
sententijs variaretur, ad extremum in eam di-
cuntur vniuersi cōuenisse, vt diuini numinis
voluntas precibus imprimis ieunijsq; placa-
ti miraculo exquireretur innocuo; supplici-
busque ab eo votis peteretur, vti coniectis in
accensam pyram Toletano Gallicanoq; co-
dicibus, quem maxime diuinum ipsius consi-
liū probaret, cuiusque vsum e republica chri-
stiana magis futurum prospiceret, vti hūc ab
ignis iniuria seruare dignaretur illesum. Cū
placuisset omnibus sententia , decernuntur
continuo publice supplicationes, indicitur ie-
uniū, vota prēterea priuatim pro cuiusq;
affectu suscipiuntur. Tandem statuto die ac-
censa in medio foro ingenti pyra, densissima
turba ad prodigiū expectationem inter spem
metumq; suspensa, afferuntur codices: con-
ceptisque ad deum precibus, vti quod maxi-
me ea de re fieri placeret, ostento illo testatū
hominib; facere veller, in medios crepitans

tiū flāmarum globos vterq; coniectus est.
 Ibi tum (dictu mirabile) Gallicanus codex ē
 medio rogo dicitur expansis folijs liber ab in
 cendio sponte proslīsse, Toletanus vero iti-
 dem incolumis, quo loci coniectus fuerat
 permansisse; Quod portentū regē regiosque
 proceres ita interpretatos fuisse credere par-
 est: quasi Gallicanum ritum publice emit-
 rendum inuulgandumque deus admoneret,
 porro Toletanum illis ipsis ecclesijs Toles-
 tanis, vbi tunc caneatur: relinquendum.

Certe ita regio decreto ex legati pontificisq;
 autoritate sancitum fuisse constat. Nec igno-
 ro scriptoribus nostris nullam fieri de prodigij
 interpretatione mentionem, atq; adeo Ro-
 dericum Toletanum, neque interpretamen-
 to quidem locum ullum reliquum facere.
 Quippe qui (modo fides sit exemplaribus)
 Toletano codice integro, Gallicanum omni-
 no conflagrass̄; regem vero nimium proposi-
 siti tenacem contemptu miraculo in senten-
 tiā persistisse tradat. Verum profecto nec res-
 gi quidem viro cum omnibus regijs dotib,
 tum eximia in deum pietate laudatissimo ta-
 insanam, impiamque proteruiam tribuere,

Hec seditiosam multitudinem tanto edito p
se miraculo facile conquieturam fuisse, crede
re fas existimo. Nam de proverbio ex regis
peruicaci contentionе nato, trahi leges, quo
velint reges; quod Roderic⁹ ipse affert: illud
certe multo aptius ex regia illa porteti expli-
catione, pro commodo videlicet excogitata,
ortum videri posset: quod licuisset nimirum:
in diuersam quoq; partem illius interpreta-
tionem trahere. Sed de prodigio quidē hac te-
nus. Illud certe satis constat, Gallicanū illum
seu potius Gregorianum ritum, quo nūc ec-
cl̄ia ferme omnis latīna vtitur, hac tempestate
in Hispania, nec sine contentione, receptum:
Toletanum vero sex illis Toletanis ecclesijs
fuisse permīssum. Porro cum in vrbe nuper
recepta, inter varias basilicarum; fanorum,
ædiumq; sacrarum dedicationes, parochia-
les imprimis (quas dicunt) ecclesiæ regiona-
tim constituerentur, ad quas populus rei dis-
uinæ causa potissimum conueniret, suique
cuiuis limites per vicos domosque circun-
quaq; vicinas presinirentur: solis illis sex ec-
clesijs fines quidem nulli prestituti sunt: sed
sui cuique Mozarabes, illorumque posteri

vbi vbi illos intra extra ve vrbē in agro Tole
 tano morari cōtingeret, pro parochianis assi
 gnati. Quib⁹ etiam immunitates date, priuī
 legiaq⁹ irrogata minime vulgaria . Hi igi-
 tur primum , horumque deinde posteri suā
 quisque ecclesiam , sacraq⁹ gentilicia frequen-
 tabant; & interim quidem dum frequens po-
 steritas illa fuit , sacra perinde ipsa in eccles-
 ijs illis assidua , celebriaque fuere. Postea ves-
 ro q⁹ hominum illorum soboles (vt res mor-
 talium sunt) imminui indies , atque deficere
 cœpisset; simul & illorum ritus ecclesiastis-
 cus sensim labi , cōcidereq⁹ apparebat , ac vul-
 garis sacrorum consuetudo in eorum etiā ec-
 clesias paulatim irripere: adeo quidē , vt me-
 moria nostra non nisi paucis quibusdam sta-
 tis festisq⁹ diebus , eo rītu in illis sacrificaret.
 Ita cū rītus totus in occasum iā procliviis pro-
 pediemq⁹ interīturus videretur , Frācisc⁹ Xi-
 menez archiepiscopus (quē superius cōme-
 morauimus) vt erat vir ille seruens admodū
 religionis cultor , priscaūq⁹ ceremoniarū stu-
 diosissim⁹ , illis instaurandi currā cogitationē
 q⁹ suscepit. Adhibitisq⁹ viris quotquot exta-
 bāt; eius rei peritis; primū libros oēs quib⁹ sa-

era illa continerentur; Gotthicis illos quidē
characteribus cōscriptos, vix paucis quibus
dam sacrificis, eo tempore cognitos: in vulga-
ris literaturę formam redigendos, impresso-
rijsque formis excudendos curauit. Erant ve-
ro characteres illi non omnino a latinis no-
stris abhorretes; sed partim quidem illorum
cadem forma; qua nostri; partim vero quadā
tenus differenti; quos per Gudilam quendā
episcopum genti Gotthorum vna cum fidei
Christianæ rudimentis traditos ferunt: quæ
postea quidem Toletana litera, deinde etiam
Mozarabum dicta est. Libris ergo restitutis
sacellum; de quo agitur, elegāti structura cō-
didit; inq; eo collegium instituit tredecim sa-
cerdotum, quos Mozarabum capellanos ap-
pellavit; adiūctis tribus preterea sacrorū mi-
nistris. Hoc collegium idoneis prouentibus
annuis instructum, sub capituli Toletani pa-
trocinio constituit. Ipsiſ porro sacerdotibus
perpetuam horum sacerorum curationē man-
dauit, ita ut illis eo ritu quot diebus sacrifici-
care, horariaſq; preces diurnas nocturnasq;
concinere solēne esset. Ad quos & sex illarū
Mozarabum ecclesiarum sacerdotia (quedi

cintur beneficia) pertinere voluit, per ipsos
 quidem pro sacerdotiorum antiquitate; quo
 ties vacua esse contigeret optanda, per archie
 piscopū vero conferenda. Porro ex eo nume
 ro cum deficere sacerdotem contingere, ut
 alius reliquorum suffragijs sufficeretur, ex
 ijs potissimum candidatis electus, qui sacer
 dotio ecclesię cuiuspiam Mozarabis predi
 tus esset: quod si extra collegium nemo eius
 modi reperiretur, ex alijs eius ritus peritiori
 bus. Electum instituendi ius penes capitulū
 esse sanxit. Ita sacra illa; quę (ut cæterę nimis
 rum res mortalium) senium iam ipsum ferre
 vix poterant, restituta, & ab interitu vindica
 ta sunt. In cuius restitutionis memoriam, coe
 notaphium restitutori in medio facello hono
 rifice erectum cernitur: impendente desuper
 coccineo galero: cardinalitj honoris; quo ille
 predictus fuerat, insigni. Multa preterea alia
 ab hoc pontifice egregia sumptuosaq; ope
 ra extorta videmus. Imprimis gymnasium
 literarium Complutēse, vbi liberalium disce
 plinarum studia, potissimum vero sacrarum;
 ignauia temporum apud nos neglecta, susci
 tavit, constitutis amplissimis vectigalibus

annuis in professorum omne genus stipendia;
inque pauperum scholasticorum alenda so-
dalitia. In quorum sodalitiorum maximi am-
plissimisq; fano illius cadauer marmoreo mo-
numento situm est. Templum preterea in eo
dem oppido , sanctorum martyrum Iusti &
Pastoris diuorum eius loci tutelarium vetu-
state, ruinisque collapsum a fundamentis re-
fecit atque ampliavit : numerūque in eo au-
xit sacerdotiorum: que sacerdotia in literatos
viros , quasi studiorum premia uti perpetuo
conferrentur , instituit. Cœnobium quoque
ibidem condidit religiosarum fœminarum
sancti Ioannis de Pænitentia , adiuncto gyne-
cæo , educâdis castissime sanctissimeque vir-
ginibus , quibus adultis liberum esset , vel in
ipsam religiosam societatem gratuito transfi-
re , vel certa dotis nomine , accepta pecunia
nuptijs iudulgere ; Cœnobium rursq; aliud fœ-
minarū eiusdem & appellationis & instituti
in vrbe Toletana , cū suo itidem virginū gy-
neceo longe amplissimū atque opulētissimū.
Illiescīs municipio proxime agrū Toletanū,
monasteriū quoque eiusdem ordinis fœmina-
rū. Turrilacune oppido , natali illius solo vi-

rorum monasterium ex diui Francisci asse-
clis, ex quibus & ipse fuit. In quibus locis
omnibus coenotaphia illius extant, sacraque
funebria tum anniuersaria tum quotidiana p-
manium illius expiatione frequentia celebrā-
tur. Nec vero extruendis modo publicis ope-
ribus operam dedit; quin varijs quoque ra-
tionibus studuit, de re Christiana deque res
publica sua bene mereri. Nam Sarracenorū
Granatensium multa millia ad fidei cōfessio-
nem adduxit, quos aquis ipse lustralibus cō-
spersos Christiano ritu initiauit. Sacrarum li-
terarum veteris nouicj̄ testamenti libros He-
braico, Grēco, latinoque sermone adiectis in-
terptationib⁹ atq̄ annotationib⁹, magna sua
impēsa cōpositos excusosque primus in lucē
dedit. Hispanā rē pūblicā regia gubernatio-
ne semel atq̄ iterū suo t̄pore destitutā cōpres-
sis tumultibus pacatā reddidit, incredibiliq̄
seueritate administrauit. Expeditionem in
Aphricanos Sarracenos magno exercitu; ma-
iore aīo susceptā presentia sua psequut⁹: Ora
novrbe (cuius expugnationē aīo destinarat)
in potestatē redacta, belloq̄ mira celeritate
confecto; de hostibus trūphauit. Cuiusquidē

pictura expeditionis in aduerso facelli huius
pariete conspicitur. Toleranam Compluten-
sem, Turrilacunensemq; rempublicam dona-
to magno frumenti numero annoq; difficul-
tatibus perpetuo subleuandis iuuit. Quotiz
dianas largitiones in egenos profuse admis-
sum exercuit, quos nunc gratuitis frumen-
tationibus, nunc veste, nunc pecunia viritim
distributa prosequebatur. Vir priscę seueris-
tatis atq; sanctimonię, & cuius memorię con-
secrandę nihil omnino deesse videatur pra-
ter etatem,

**CDE SACELLO SANCTI IOANNIS
Baptistæ.** Cap. xlviij.

SAcellum preterea, quod reuerendissim⁹
Scardinalis Ioannes Tauera huius ecclie-
się presul sub inuocatione sancti Ioānis Bapti-
stę in calce turris excelsioris curauit struēdū,
sine prouentu adhuc, et sine ministerijs sacro-
rum extat. Vbi ipsum, D. cardinalem sepeli-
ri velle, ab aliquibus ferebatur, re vera tamē
non in hoc (de quo agimus) facello, sed in au-
gustissimo potius ad sinistram maximi alta-

ris monumētū sibi fieri (idq; obtēto rēgō
permīssu) animo destinarat. Postea vero (vt
sunt mortaliū īgenia) in hospitali diui Ioān-
nis Baptiste, quod eiusdē illustrissimi archie-
piscopi opera & impensis extra muros hui⁹
vrbis cōceptum, assignatis deinde operi perfi-
ciendo ac egris pauperibus curandis reddi-
tibus adhuc etiam magno artificum numero
operante, ædificatur, cadauer ipsius sepelien-
dum, ibicq; pro eius animę expiatione sacrifici-
cia celebrāda mādauit. Obiit. 31 die Iulij āno
D 1545. Vallisoleti, vbi in maximo templo
eius corpus sequestratum est, inde ad dictum
hospitalē transferendum. Hoc autem faceli-
lum, quod olim capelle regię sacrarium fue-
rat; missis priuatis interdictorum tempore de-
seruit; quo diuinum officium (vt sacri cano-
nes in cap. Alma mater, desent, excom, lib. 6,
descernunt) secretius peragatur.

CDE SACELLO CRVCIFIXI ALIAS
D. Tercse de Haro. Cap. xlivij.

Non longius abest facellū ab illustri D.
Teresa de Haro in Boreali parte con-

structum prope locum vbi quodam nouoru
regum sacellum fuit , tria continens altaria.
Hæc præclari mulier generis memorabile
charitatis & misericordie opus exerceuit : vir
ginibus enim pupillis maritandis , atque ege
nis hominibus nobili genere natis subleuan
dis , perpetuos redditus annuos quadringen
torum nummorum aureorum , quindecim
festertia constituentium , ex æquo per qua
tuor ex sacerdotibus canonicos distribuen
dos instituit : quorum duo virginum dotib⁹ ,
duo vero eleemosynis pauperum preficiun
tur . Quamuis in prima ordinatione elemosy
nam hanc captiuis redimendis proposuerat ,
ut ex titulo in eadem edicula inscripto con
stat . Qui redditus pro cuiusque locande fo
mine conditione , dictorū canonicorum sen
tentia , distribuunt . Virgines aut̄ benedicio
nes nuptiales cum sponsis in hoc eodē facello
ante dotē oblatam accipiunt . Tres præterea
instituit sacerdotes , qui singulis hebdomadi
b⁹ quinquies per vices rem diuinam ficeret ;
& dū horis canonicis in choro adsunt , equa
lē cum alijs cappellanis distributionum quo
tidianarum portionē capiunt . In missis vero

celebrandis hic est seruandus ordo: die Veneris de cruce cum passione, die sabbati de virginie Maria, reliquis diebus pro defunctis; nisi festi fuerint, de quibus tunc missa est celebra, pro dictæ dominæ Teresæ de Haro & Didaci Lupi de Padilla coniugū suorūq; defunctorum expiationibus. Si vero facellas, ni aliquo morbo impediti predicta sacrificia deo exhibere nequierint: dimidiū ac si exhibuissent mercedis accepturisūt. Voluit item, ut ædituus huius facelli cunctis diuinam ibi rem facere cupientibus omnia sacro cultui necessaria gratuito preberet,

DE ARA DEL ANTIGVA VVLGO appellata. Cap. xlvi.

INde gloriosissimæ virginis Mariæ ara se offert, del antiqua vulgo appellata, eo quod vetusta quedam virginea effigies, que olim (ut fertur) i profundo putei prope ipsum aram magno operi lapide reperta fuit: supra eam sita est. quod aliunde euenisce credi non decet / quam ab illa exitiali Hispania calamitate; qua sanctorum simulachra;

etum minime Christiani alio deportare potuissent, ne a Barbaris irriterentur, abditissimis in locis ingenti moerore reposuerunt. Id quod a nostratisbus sacrarum literarum peritis ad exemplum Hebreorum factū videtur: nam ut in lib. 2. Machabeorū scriptum est cap. i. cum Hebrei captiui in Persidam traherent, sacerdotes, qui tunc cultores dei erant, acceptum ignem de altari occulte absconderunt; in valle, vbi erat puteus altus & siccus. Prisca tamen tranquillitate Christiane religioni restituta, multa ex illis patuerunt, quæ proinde maiori quadam deuotione colebantur. Cuius plane rei causa effigies hęc virginis vestitissima apud nos in mira est veneratione. Eademque de causa plures, non modo ciues Toletani, sed etiam alijs ex diuersis prouintijs partibus crebra sacrificia, in ea celebrāda mādarunt: quodquidem hucusq; identidem efficitur. Et ne hominum viuentium seu defunctorum, qui missas ibi voluerunt suis impensis celebrari, deuotio fraudaret, diuinis illis rebus portionarius ecclesię, ut veram habes ret rationem, ex capituli decreto prefect⁹ est qui numerum eleemosynarum & missarum

Supputationē

supputationē visitatorib⁹ q̄ expeditā annua-
tim reddere teneretur. Numerus autem sacri-
ficiorum, quę quotānis ibidem recitāda sunt
quinq; circiter milliū est. Quo fit, vt vicina,
quę sunt circum altaria ad tot missarū copiæ
soluendarum, quum in hac sacra ara adim-
pleri non possint, requirantur. Quapropter
nostrates exteriq; vnde cunq; venerint sacer-
dotes, sacro in hoc templo rem diuinam, si lu-
bet, mercede accepta celebrare valent. In eo
dem altari tres alię missæ Guterrij Cardenæ
sis institutione commendatarij maximi quon-
dam militię. Spathę prouintiæ Legionensis
in hebdomada recitantur, cuius uxorisque
ei⁹ statuæ marmoreæ ad pedes virginis ad-
sunt, ipse filium, ipsa filiam, quasi virginī
offerentes.

CDE SACELLO BAPTISMATIS

Cap. xlvi.

ANgusta baptisterij edicula p̄xima est,
in qua residet dicti usportionarius missa-
rum rationem habens. Ideo autem dicitur
baptisterij, quia infantuli in sacro fonte ex ere-

Fusili subtilibus cælaturis conflato eiusdem
metali operculo munito ibidem abluuntur.
At non ita frequentabatur olim hec spiritua-
lis ablutio, cum bis duntaxat in anno, in pas-
chate scilicet & in aduentu spiritus sancti fieri
ret, ut in capitulo. Duo tempora, & in capitu-
lo de catechuminis, de consecratione distin- 4.
cuius verba sunt. De catechuminis baptizas-
dis id decretum est, ut in paschali festiuitate
vel pentecoste veniant ad baptizandum, cæ-
teris solennitatibus infirmi tantum debent
baptizari. In cuius memoriā nunc clerus To-
leranus Sabbato, quod in albis dicitur dictū
fontem baptismalem adit concinens; Iste sunt
agni nouelli, qui annuntiarūt alleluia, modo
veniunt ad fontes, repleti sunt claritate allelu-
ia, in conspectu agni amicti stolis albis; et pal-
mæ in manibus eorum. ¶ Insuper & feria
quarta ante dominicā de Passione alia anti-
quitas obseruatur ut congregatis infantibus
in ecclia cum candelis accessis diaconus qua-
tuor euangeliorum principia decantet scili-
cer Mathei capite octavo, Luce cap. ii, Mar-
ci capite, 7, Ioannis cap. 9. & statim puelli
abeunr. Quę omnia tempore catechuminoꝝ

nim solebant fieri , nostra vero tempestate ,
cum nullus sit catechuminus , in typum tan-
tum ne antiquitas hæc pereat obseruantur .

Et quia possit etiam dubitari , qui dicantur
catechuminis , sunt illi qui rebus euangelicis
super instructi et nondum baptizati missam
catechuminorum dictam , quæ est ab introi-
tu usque ad offertorium audiebant : amplius
autem illis non licebat interesse : immo dia-
conus alta voce clamabat , catechumin exea-
nt foras , propterea quia nondum sacro
baptismate regenerati , nec membra ecclesie
sunt erant ; ita refert . D . cardinalis de Turre
cremata in cap . Iacobus de consecra distinc-
ti . Postmodum tamen ecclesia diuino affla-
ta spiritu infantes ad octauum diem nati-
uitatis suæ aqua regenerationis baptizaz-
ri consuevit , Christi exemplo Lucæ capi-
te . idque etiam ut pericula fane multa eufa-
tarentur .

CDE SACELLO SANCTAE MARIAE
de picciatis

Cap . xlviij .



Nec silentio dignum appetet Alphonsi
Martinez thesaurarij & canonici To-
letani facellum appellationem virginis Ma-
rie de pietate obtinens, quod licet angustum
sit, pulchrum tamen & elegans utrincipq; patui
lividere est; ad claustrum albario opere mul-
tiforatili breuibus cancellis ferreis superposi-
tis munitur; ad faciem ecclesie albario itidem
opere clauditur elegantissimis apicibus, quiz
b⁹ paruulę ianuę subsunt ferree. Habet ista
capella vnicam aram ad solis ortum erectam
insuper tabulis pictis sculptisq; imaginib⁹
ornatam apprime, quarum media beatissima
virgo Iesum seruatorem nostrum a cruce de-
positum gremio suo cōtinet. Est etiam sacra
triolum; quo aliqua facelli ornamenta reponū-
tur; tria prēterea dolia ad aquā in festis assu-
ptionis & nativitatis sanctissimę virginis ad-
seruandum, qua omnium agricolarum et cū
iuscunq; conditionis hominum tam agrum
Toletanum q; extra incolentium sitis sedat,
quorum maxima ijs diebus ad pernoctandū
in hoc templum concurrit multitudo. Dicit
autem Alphōsus Martinez huius facelli fun-
dator ædituo atq; facellano mercedem insti-

uit; ut hic tres in hebdomada pro fundatoriis
anima recitaret missas, ille vero sacellano &
omnibus sacrificiis ibi pro deuotione celebra-
turis cultui diuino necessaria ministraret. Et
ne curiosū lectorē pia hui⁹ nobilis viri opera
lareant hoc epitaphio, quod pariete occiden-
tali eiusdem facelli in saxo literis deauratis in-
scriptum inueni, optime poterit agnoscere.
Aqui y azen enterrados padre y madre de Alfon-
so Martinez thejorero, y canonigo, y obrero que
fue de esta sancta yglesia, el qual hizo esta capilla
a su costa y mission: y la ordeno con licencia del ca-
bildo; y esta en medio enterrado; el qual ordeno e
fundo al seruicio de dios y dela virgen sancta Ma-
ria el monesterio de Monte syon, dela orden de
Sant Bernardo; y compro todo el sitio en que esta
assentado desde el camino que va a corral ruivo;
basta el camino que va a pena ventosa, e la viña
dondenasce el agua, e la sierra; el qual monaster-
rio comenzó a fundar el dia de sancta Ines; del
año de mil e trezientos y veinte y siete: fallecio
año de mil cccc, e leian veinte y cinco de Junio; su
alma sea en parayso nuestro señor ay a misericor-
dia della.

EDE PAROCHIA SANCTI PETRI.

Cap. xlviii.

SAcclorum, que in circuitu ecclesie iuxta
Sparientes situantur, ultimum occurrit diui
Petri parochiali iure decoratum. Quod, D.
Sanctius de Rojas egregius presul Toletan
n^o erexit, & sacrosanctam eucharistiam, que
olim in sacello diui Petri veteris nuncupato
custodiri solebat, huc transtulit, illudque se
ptem lapideis ascendimus gradibus. Inq^p su
perno limine mirifico lapicidarum opere co
fecto effigies visitur marmorea diui Petri in
cathedra sedentis Sub cuius pedibus statue
pectoribus tenus. D. Sanctij de Rojas archie
piscopi, dignitatumque (hoc est qui primas
partes post presulem in choro obtinent) pe
ne in gyrum presulem comitantium sunt scul
ptæ. A beo vero loco, ubi dignitates desi
nunt, carmina hec supremum gradum con
tingentia scripta sunt, probos dicti antistitis
mores vitamq^p laudabilem referentia.
Hic iacet in sacra, suaq^r rutilante capella,
Conditus in tumba primatum gloria fulua;

Sanctius ecclesia huius archiepiscopus altæ,
 Hesperiae primas, multum ac famosus in orbe,
 De Rojas heros generoso in sanguine magnus,
 Pollens ingenio, sollers, reuerendus in ævo,
 In mauros rigidus, animosus, ac ferendis
 Consilijs pulchra quædam perfulgida stella,
 Acceptus regi Castellæ valde Ioanni,
 Tum quia tam fide ipsi seruire coronæ
 Illustri semper nimium pro posse studebat,
 Tum quia viuebat (ut pastor) prorsus ab omni
 Crimine longinquus cuiuslibet criminis atri,
 Presertim caste, mite, omni ac tempore honeste,
 Militibus placidus, ipsis sine fine benignus,
 Ac clero gratus, cuius deuotio tanta
 Obsequiumqz dei fuit, ac eleemosyna in arctis
 Carceribus positis, viduis, necnon egenis,
 Atqz monasterijs sacris, mœstisue pupillis
 Nobilitate sua, sua sic laudandaqz vita,
 Quod magis gratus, q. nec par tempore ullo,
 Fulsit in Hispania penitus regione tiara.
 Pergit ad excelsa primatis tam ardua mitra,
 Mille quadringentis vndenis protinus annis,
 Bis simul adumbris, decimo sed mense supremo
 Octo ter ac deni residuebant transtra diei.

TOstium vero ipsius facelli clatrī ingenti-
bus obturatur ferreis. E regione cuius cōspi-
cimus altare maximum ad septētrionem, vbi
sacrosanctum Christi corp⁹ perpetuo custo-
ditur, desup tabulis absolutissimo penicillo
depictis ornatum, atq; a pauimento quinq;
gradibus sublimius tessellis vndiq; adoper-
tis. Prope admodum adiacet dicti domini Sā-
ctij de Rojas marmorea imago exactissime
excisa, viuidisq; colorib; deliniata, super la-
pideum monumentū imposita; que plerūq;
ligneo tegumento ferreis filis contexto co-
riaceo velamine (quod vulgo guadamecil ap-
pellant) superstrato obtegitur. Inter sepul-
chrum & altare candela cerea ab archiepisco-
po domino Ioanne patriarcha (ut aiunt) re-
licta noctu diuq; iugiter ardet. Iuxta altare
hoc, multis sacre pagina historijs ornatū ca-
pellani stationem (quam dicunt chorūm) can-
cellis ferreis a populo diuisā sibi prescripte,
re. Quibus dictus dominus Sanctius de Ro-
jas sex duntaxat capellanis quinques per
hebdomadē singulatim rem diuinam factu-
ris prouentum reliquit. Crescentibus vero
deinde redditib; annui cēsus capitulum (ad

quod pertinet huius capellæ administratio) numerum ad viginti sacerdotes auxit, eisq; canonicus preponitur. In quorum numero alter duorum rectorum curam parochię gerentium habetur. Nam cum unicus esset huius parochię rector, reuerendissimus cardinalis P.G.M. alium constituit. H̄i igitur facellani quotidie, præter dictas missas, communem aliam diei ad secundum cymbali tactum de prima dictum pro fundatoris anima omnes una tenentur decatate. Officiumq; defunctionum itidem ad secundam vesperorum pulsationem dicturi conueniunt. At cum aliquid occurrit diuorum festum; quibus facella aut oratoria pilis basilice adherentia dicata sunt, in cuius festi laudem omnis cetus beneficiariorum decantatis in choro vespertinis horis suo ordine eius facellum seu oratorium preses ex more soluturi adeūt, facta commemoratione suffici statim in illorum locum huius dñi Petri basilicæ capellani in facello vel oratorio illo vespertinas eiusdem festiuitatis horas, ac sequenti die missam cum concione solemniter celebrare eiusdem presulis institutione tenentur. Ad dextram are precipuæ po

sticum adest, quo sacrarium huius parochie
adimus. Vbi duodecim capsæ iuxta parie-
rem septentrionalem positæ ornamenta om-
nia custodiunt, alieque duæ preter has ha-
bentur quarum prima ad vasâ sacra facelli:
altera item ad cæreos confraternitatis sacra-
menti asseruandos destinatur. Præterea ad
parietem meridionalem duæ aliæ sunt capsæ
libros ad sacramenta conferenda aliaque ad
eorum ministerium necessaria reddituum in
super & possessionum parochie & facelli chi-
rographa continent. Sunt etiam hic plutei
qui libros per totum annum officijs diuinis
inseruientes sustinent. His adiacet altare eni-
gro marmore structum vbi tempore interdi-
cti diuinum peragit officium. Continuo se-
quuntur coelides scale, quibus duas cellas
custodi facelli destinatas ascendimus: que lu-
cent pulchris vitreis stêmate domini Sanctij
de Rojas insignitis. Extra chorum a lateri-
bus sub parietum arcubus alia duo collo-
cantur altaria, ad quoduis eorum tribus af-
cendimus gradibus. Dextrum Mariæ vir-
gini dicatum Petrus Alfonsus abbas san-

Et Vincentij extruxit : in quo instituit capellaniam trium in hebdomade missarum,
 adituoque redditum , necnon vasa plurima
 argentea huius facelli ministerio reliquit .
 Sinistrum vero diuino Nicolao sacrum Gun-
 disaluius Sanctius de Madrigal archidia-
 conus Oretanus / Toleti canonicus , regis
 consiliarius erexit . Huius lapidea effigies
 prope hoc altare prominet in orientali pa-
 riете . In occidentali autem non longius ab
 altari post cellulam , ubi minute res asser-
 uantur / recondita est arca varijs circum-
 quaque variata coloribus , in quam eleemosy-
 na ad emendum ceram sanctissimi sacra-
 menti confertur / quae ferreis cuspidibus
 munitur / ut latrunculos abigat . Herent pre-
 terea huic parieti duo plutei ferrei , qui singu-
 la breviaria membranea ecclesiastica suis
 catenulis innixa (ne ab aliquo surripiant)
 sustinent . Hisque clerici mercenarij ho-
 ras canonicas persoluunt / ne librorum pe-
 nuria tam sanctum opus omittatur . De-
 nique iuxta valvas praecipuas huius paro-
 chiae alie sunt scale / quibus organa super-

numque chorūm , his valuis super impositū
petimus , in quo diebus tantum solēnibus de
cantantur diuina .

**CDE CAPELLIS , CHORVM BENEFICIARIORUM CIRCUSTANTIBUS : ac primo de facella
sancte Mariae Magdalene .** Cap . xlvi .

Hactenus recēsuimns facella intra eccl
esiam parietibus inherentia . nūc vero ad
ea quē in ambitu chori beneficiorum loca
ta sunt : regrediamur . In exteriore igitur eius
parte ad meridiem est edicula beate Mariæ
Magdalene contra diuī Christophori imagi
nem . Vbi pro anima reuerendissimi . D . Ro
derici Toletani archiepiscopi quincque missarū
solēnia singulis hebdomadibus peraguntur .
Quoniam vero frequenter hoc in opere de
illusterrissimo . D . Roderico Toletano antistite
bo , me mentionem facimus ; æquum quidem
erit , omissis alijs , quē eum virum satis com
mendant & extollunt ; vel illud vnum enarra
re : quod omnibus (ni fallor) maximū ac pul
cherrimum facinus videbitur . D . videlicet .
Rodericum summo ingenio predictum , dos

Etrina ac variorū idiomatū peritia insignem
in concilio Lateranensi: cui Inocentius tertius
pontifex prefuit, cōgregatis omnium ferme
ecclesiarum presulibus, infinito deinde dissimiliū
gētium numero, orationem habuisse
in qua (ne quempiam eius verba lateret) sex
idiomatibus, hoc est Romano, Teutonico,
Gallico, Anglico, Nauarriensi; & Hispano
vñus fuit. Huius rei testimonium mihi prestat
multi viri docti, & postremo codex quidam
vetustus ex diuersis antiquorum patrum
voluminibus; atq; priuilegijs compositus,
cui titulus est, de primatu nobilitate ac domi-
nio ecclesiae Toletanæ. eadem verba, quæ in
ipso volumine habentur, quoniam scitu quia-
dem digna hic subtexenda decreui.

C Anno D. 1215, mense Nouembris celebra-
ta est sancta & vniuersalis synodus Romæ in
ecclesia sancti saluatoris, quæ Constantina vo-
catur, presidente D. Inocentio papa, in pons-
tificatus eius anno 18, in qua fuerunt patriarchæ
duo Constantinopolitanus & Hierosolimitanus. Antiochenis autem patriarcha gra-
ui langore detentus venire nō potuit, sed mis-
si pro se vicarium Anteroden, episcopū, Ale-

Xandrinus vero patriarcha sub dominio saracenorum constitutus similiter venire non potuit, sed misit vicarium suum Petrum diaconum germanum suum. Fuerunt autem in eodem concilio primates & archiepiscopi numero 71. episcopi vero 412. De abbatibus; & alijs religiosis personis, & decanis, & prioribus, prepositis, archidiaconis, & alijs clericis secularibus, & procuratoribus principum conciliorum, & comunitatum de diuersis mundi partibus congregatis non fuit numerus. Et in hac generali synodo Rodericus archiepiscopus Toletanus & Hispaniarum primas de licentia pontificis proposuit verbum dei, incipiens & finiens in Latino sermone. sed quia de diuersis mundi partibus tam clerici quam laici ibidem conuenerant, ut omnibus satisfaceret, suas in praedicando pausationes & interpolationes faciendo easdem auctoritates & rationes propositas in latino exposuit laicis & illiteratis in linguis maternis, videlicet Romanorum, Teutonicorum, Francorum, Anglorum, Nauarrorum, & Hispanorum. Huiusmodi autem praedicationis exppositio placuit in conspectu omnium; non so-

Ium subtile, sed potius admirabile reputans
res, cum a tempore apostolorum vix crede-
retur, seu ab aliquo audiretur, vel scriptum
repertum fuisset, aliquem alicubi sub tot mo-
dis idiomatum seu linguarum in uno & eos
dem sermone verbum domini predicando ra-
liter exposuisse.

**CDE SACELLO BEATAE ELISABETH,
betb, de Vngaria.**

Cap.l.

Viterius vero sancte Elisabeth de Vngar-
ia sacellum e vestibulo capituli huius al-
iae ecclesie huc translatum inuenitur. Vbi Ioan-
nis Alphonsi institutiones singulis bebdoma-
dis quinquies res diuina occurrentis diei reci-
tatur.

**CDE SACELLO SANCTAE CATA-
rinae.**

Cap.lj.

Tucas delas peñas canonicus Toletanus in
honorē scīe Catharīne cōdidit sacellū e
vestigio sequens stipendiūq; sacellano p trib⁹
ī q̄libet hebdomada missis reliqt feria secūda

pro defunctis, feria quarta de trinitate, die vero sabbati de beata Maria, in eodē itē facello tres alie missē p anima doctoris Ioānis Martini de Herrera Toletani canonici dicuntur, quibus vnuſ edituus inseruit.

CDE ARA DIVAE MARIAE Q VAE
Hispanæ del estrella dicitur. Cap. ljj.

DEinde Fernandi Perez de Ayala canonici Toletani liberalitate fūdata est edi cula in memoriam Mariæ virginis, quæ del estrella vulgariter dicitur: quōdam del pilar, eo quod ibi fons factitius exquadā pila olim fluebat, vbi populus precipuis festiuitatibus hinc inde magna devotione in hanc sacrā basilicam veniens, bibere solitus erat. In facello hoc tria in hebdomada dicti Ferdinandi impendijs sacra persoluuntur. Primum pro defunctis, secundum de angelis. Ultimū de sancta Maria. Hic præterea dominus Fernādus de Illescas Cantor ac Toletanus canonicus rem diuinam singulis diebus per duos facelanos alternatim fieri iussit.

CDE ALTARI DEPOSITIONIS
sanctissimi corporis Iesu a cruce. Cap. liij.

Proxima est èdicula pietate & splendoris
 predecorata, à Nicolao Ortiz canonico
 Toletan, erecta a Roderico vero Ortiz eius
 nepote, eiusdemq; templi canonico reditu in
 stituto. Vbi eximium opus Nichodemi et Io
 sephi ab Arimatia, q; Iesum a cruce deposue
 runt, sculptis mirifice eorum imaginibus ex
 cismum recolitur. In hac ara eiusdem Roderiz
 cismis sumptibus duo sunt instituti sacerdotes cū
 æditimo, qui alternis hebdomadis ibi pro
 fundatorū manibus rē sacrā soluere tenent.

CDE SACELLO DIVI MICHAELIS.
Cap. liij.

Tria proxima sacella nominata sunt i ter
 go chori contra ianuam; quę dicitur del
 Perdon. In sinistra vero parte ad septentrio
 nē fundata est èdicula sancti Michaelis, vbi
 quatuor qualibet hebdomade missarum sa
 crificia pro aīa Petri Nuñij portionarij Tole
 tani celebrare, interesseq; officijs in choro ca

pellanus tenetur. Hic etiam Didacus Perez
presbyterum cum aedituo, qui centum quin-
quaginta sex missas annuatim celebraret, pre-
posuit.

DE SACELLO BEATI PETRI OXO-
mensis. Cap. iv.

SVccedit deinde aedicula sancti Petri epis-
copi Oxomensis e regione parochie diui-
Petri posita, in qua due sunt institutae capella-
niæ: alteram Didacus Rodericus de Oviedo
portionarius Toletanus cū officio cētū quin-
quaginta sex missarum singulis annis, alte-
ram vero quidam Sanctius fernandez por-
tionarius etiam cum cura duarū missarum in
hebdomada instituit.

CDE AEDICVLÀ QVAE DOMINI
ci sepulchri dicitur. Cap. lvij.

NEmpe ex ijs que passim per ecclesiam
visunt; nihil augusti videtur esse q̄ v-

merabilis seruatoris nostri sepulchri memoria;
 quæ in subterranea ædicula sub altari ma-
 jori structa; quatuor validissimis colūnis suæ
 fulta colitur. Vbi olim erant regum veterum
 cadauera, quæ nunc ad latera eiusdem maxi-
 mi altaris (ut diximus) sita sunt. In hoc sacro
 loco duæ sunt aræ: altera diuō Iuliano, altera
 vero sancto Sebastiano sacræ. In hac tres ca-
 pellaniae Rodericus Tenorius; Egidius de
 Rojas; Ioannes cognomento duque de Stra-
 da canonici Toletani mandarunt. primus qua-
 ter in hebdomada celebrari missā instituit, se-
 cundus ter, itidem & tertius: quorum quilibet
 suum facellanum præfecit. Egidius vero ad
 huc ædituum adiunxit. Sunt hic etiam duo
 armariola ad asseruandum vestimenta, & om-
 nia diuini cultus ministerio necessaria. In cō-
 finio igitur predictarum ararum medium est
 dominicum sepulchrum accuratissime exci-
 sum clavisq; ferreis septum. Est præterea
 alijs editimus sepulchro destinatus: q; oībus
 chori sacrificis pro deuotione celebraturis or-
 namenta cū alijs diuinę rei faciēdē necessarijs
 præstat. Binis in hunc specum descendimus
p. ij

scalis; alteris ad meridiē, ad septētrionem alteris spectātibus septione ferrea munitis. His septentrionalibus si quis fuerit egressus in exteriori parte chori, contra sacrarij ostium, inueniet altare marmoreum a Petro Gundisaluo Mendocio erectum, in quo tres missæ singularis diebus eiusdem institutione soluuntur. Quod patet ex titulo supra hanc aram inscripto his verbis. Illustris Petri cardinalis, patriarchæ Alexandrini, Toletaniq; Archiepiscopicelebris institutio: piaq; deuotionis memoria. Seculis perpetuis futura, ter quotidie missarū solennia soluentur sub lucem prima, ad tertiam altera, in nonaq; tertia. Hic magnificentissimus archipres sul inter alia pietatis opera, dotauit oēs missas quæ in choro præcipue basilicæ celebrantur & completorij quadragesimalis præmiū auxit, ut beneficiarij deuotione aut præmio allecti illis adessent.

DE AEDICVLÀ VIRGINIS MATRIS
descensioni sacra & oratorijs huius ecclesiæ pilis
adherentibus. Cap. lvij.

Quis autē plurimas sanctorum deaura
tas imagines pilis fere omnibus affixas
enarrabit: quibus sua quondam adiacebant
altaria. Quę cum eis deambulantium turba
debitam reuerētiā non exhiberet, & ne eos
rum multitudine ecclesia impediret, penitus
amota sunt relictis modo imaginib⁹ binas
circiter vlnas a paumento altioribus, ne eius
rei saltem memoria periret.

Dignum tamen fuit, ut altare descēsionis vir
ginis dicatum, iuxta quod sedet ipsamēt dei
genetrix non sūmoueretur. Quod desuper
ornatū schemate ex līmpidissimo alabastro
exciso, exprimente virginem Mariam induē
rem suum sacra veste Alfonsum, intrātes por
tam cymbalorum; si ora ad Aquilonem ver
tant, e iaspide confectum videbunt, intra exi
guam ēdiculam tertiae pilae adherentem, ab
utroq; latere cancellatam clausamq; valuis
ferreis meridiem versus positis. Quę licet an
gusta structura tamen augustissima. Eius
nanq; testudinem ceruleo colore deliniatam;
stellisq; plurimis fulgentem quatuor p̄orphi
riticæ sustinent colunq;. Illamq; pulchriorem
reddit turricula pinnis elegantibus circunda

ta in sublime tendēs instar pyramidis supra
eam mira venustate elaborata: cuius acrotes
rium tenet imago quædam lapidea. Subtus si
nistrum cornu altaris asseruatur saxum reti-
culo ferreo munitum exterius; in quo stererūt
beatissimę Marię virginis pedes, super quod
huiusmodi metrum petra sculptum legitur.

Cuando la reyna del cielo

Puso los pies en el suelo,

En esta piedra los puso.

De besarla tened vso:

Para mas vuestro consuelo.

Quare ciues Toletani magna deuotione la-
pidem hunc, utpote scabellum sacris Marię
virginis tactum pedibus, deosculantur. In
hoc altari celebratur quotidie missa per reue-
rendissimum Alphonsum de Fonseca archie-
piscopum Tolitanum instituta deputatis ad
id duobus capellanis hebdomadati celebran-
tibus: idqz post peractum misse maioris offi-
cium. In festi huius sanctissime descensionis
vigilia beneficiarij chori cum solēni pompa
aram hanc adeunt, iuxtaquam cum commes-
moratione vespertini psalmi finituntur. Qui-
bus peractis ex institutione Alfonsi Sanctij

huius ecclesie portionarii, facellani cho*r*i ves
peros & sequenti die missam, quo Toletana
ecclesia dictum miraculum recolit, stipendio
consignato solenniter decantant.

CDE EDUCATIONE INFANTIVUM expositorum. Cap. Ixij.

DEinde proptere parochie dominici Petri e regio
ne positae adharet ingens instar cunarū
lapis, vbi infantes paterno relegato pietatis
officio publice misericordie ob pudorem ser
uandum furtim exponuntur. Educanturque
expensis hospitalis sancte crucis ab illustrissi
mo cardinale, P. G. Mendozio in hac vrbe
conditi annis singulis quadringenti et amplius
infantes. Sed non satis tot infantium multitut
dinem hospitali sustentare valente, in eorum
educationis subsidium & piam subventionē
tria millia argentorum vel regalium numo
rum ex æquo ab archiepiscopo ecclesie & fa
brice prouentu, & capitulo quouis anno of
ferunt. Pueris autem puellisque necessaria
tribuuntur donec ab aliquibus pijs ho
minibus adoptantur, aut ad seruiendum,

p. iij.

quiſque prout obuenit, eliguntur; certam de-
mum mercedem ab ipsis ſucepturi. Opus hoc
infantię huiusmodi alende omniſane cōmen-
datione dignum a Francisco Ortiz canonico
Toletano in hospitali; quod ipſe curādiſ
amētibus seu infantis hominibus conſtruxit,
primo cōceptum eſt. Quod poſtea a p̄edicto
cardinale. P. G. M. crescente pro hominum
malitia expositorum numero, adeo ut non
nunque quingentos fere lactari contingat, au-
cta vēctigalium quantitate illuc, vbi nūc eſt;
fuit translatiū. Nutrices vero in festo nataz
Iis beate Marię eo ordine, quo in supplicatio-
nibus fieri conſueuit, p̄aeunte cruce et ve-
xillis insignia illuſtrissimi cardinalis indicantib-
us, a p̄edicto hospitali ad sanctissimum
vſcp templum veniunt, quælibet alumnū
ſuum ceruleo alboque indumento vētitum ba-
ſulans. Diclus autem Franciscus Ortiz in in-
fantium alendorum locum tredecim ſenes que
secūda fortuna in egestatem incidiſſent; ſuf-
ſiciendos iſtituit.

C DE CLAVSTRI DESCRIPTI ONE
vſque ad D. P. Tenorij ſacellum. Cap. lxx.

Ventum est ad ultimam partē operis nō
 minus difficultem, vbi de connexis ecclē
 się aliqua debent explicari. Claustrum impri
 mis adeo amplū, magnificum, sublime; atq;
 superbū est: totq; rerum pictarum varieta
 tenitescit: vt hoc vnum per se ecclesię nostrā
 membrum cum aliarum urbium templis de
 magnitudine & elegantia possit contendere.
 Non longe a tibicine saxum expositorum in
 fantium continente illius patet aditus preci
 pius capelle diui Petri contiguus: per quem
 si quis intrauerit, statim ad sinistram videbit
 ingētes quas dā cumeras ligneras; vbi panis co
 ctus singulis diebus pauperibus per vnum
 canonorum distribuendus asseruat. Hanc
 quidē eleemosynam; hoc est sexcētas tesseras
 frumentarias (quę vulgo dicuntur hanegas)
 prelatus fabrica & capitulum equalibus por
 tionibus conferunt: habent enim mensas dis
 cretas, quod iure nō improbatur: vt in c. edo
 céri de rescrip. Ad dextram vero gymnasii
 se offert cathedraç; ibi sacre paginę: dotata
 (proh dolor) & deserta (rare enim lectiones
 leguntur cum quotidie essent legende) & in
 eo gymnasio scale sunt, quibus itur in bibliο

thecam vetustam quidem, sed utilem copiosamq; cui assidet custos stipendiarius; qui ei⁹ ostia claudit & aperit volentibus libros euolueret: eidemq; cura est mundandi aulā ac puluerem librorum excutiendi. Continuo est officina, vbi multa instrumenta seruitio ecclesiae & representationibus actuum, qui festis solēnioribus fiunt, reponuntur. Inter quam & capellam subsequentem quoties gradus magisterij literarij per scholasticum cōferendi sunt (is enim est qui academiam Toletanam moderatur) tabulata quedam extruuntur omni ornamento & splendore referta, atq; illic de more conuenit, & studiorum labores & vigiliæ prēmij dignissime cohonestantur.

CDE SACELLO. D. PETRI THENORI

rij Toletani antistitis & eius præclaris operibus.

Cap. lx.

Domi⁹ Petri Thenorij archiepi⁹ Toletan⁹ monumenta quis maxima admirazione non prosequatur? Ipse enim sumptuosum hoc claustrum edificauit, iecitque pris-

tum lapidem pridie assumptionis candidissime
 virginis anno domini 1389 ibi eum facellum
 quod quinque albo nigroque lapide structis
 gradibus ascendimus, eleganter struxit; con-
 tra dictam claustrum ianuam adiutum habens cla-
 tris quidem ferreis nec non ligneis valuis obtu-
 ratum. Omnes eius parietes interius sanctos
 rum historijs animisque ethniconum tarthareis
 flamnis ardantium vndeque depicti sunt.
 Sacellum hoc tria ad orientem posita conti-
 net altaria; sacrariumque ubi omnia eius or-
 namenta cum alijs ad diuinum cultum facien-
 tibus custodiuntur. Dictus archiepiscopus
 septem capellanos idoneis redditibus insti-
 tuit, quibus singulis quatuor missas una
 quaque hebdomada celebrandas adiunxit,
 praeter comunem aliam, que ab uno ex sa-
 crificis, alijs ad secundum sonum cymba-
 li de prima congregatis officiumque canen-
 tibus quotdiebus celebratur. Vespere autem
 secundo campanae vespertine pulsatu ad ho-
 rarias preces defunctorum omnes conueniunt.
 Qui institutionis patronatum capitulum obti-
 nere voluit. Cumque redditus ab ipso assi-
 gnati indies augeretur; decreto patronorum

eisdem ex prouentibus additi sunt alij noue
facellani totidem ob erati sacrificijs. Sanctis-
tumque est insuper, ut quouis anno vnius ex
canonicis presbiter in vniuersis administran-
dis praeceptui gerat vices facellani. Fundato-
ris vero corpus sepulchro sub marmoreo
eiusdemq; statua super effigiata medium ca-
pellæ partem occupat. Iuxta quod paulo hu-
milius est alterum monumentū episcopi Pla-
centini Vincentij arias de Balboa dicti, opti-
mi & religiosi viri, eiusdē archiepiscopi quō
dam capellani. Alia sane plurima hic magnifi-
centissimus archipresul celebria pulchraque
opera effecit; quæ scituvt pote dignissima; vt
in exemplaribus ecclesiæ annotatum repe-
ri, hunc opusculo adnectere visum est. Ipse
enim in Tago fluuio, qui Toletum ferme am-
bit, pontem diui Martini appellatum, antea
exiguū nimis & angustum, vbi multi discriz-
mina vite patiebantur, altum munizumque
(vt cernere est) edificauit. Castellum præte-
rea sancti Seruandi nominis trans pontem de
Alcantara situm pro huius urbis defensio-
ne ac munitione pene dirutū refaciuit. Coe-
nobium ordinis diui Hieronymi in oppido

de Talauera condidit. Oppidum quoque de Villafranca a primordijs frondauit, ibiç ecclesiā sex sacerdotum assignatis vectigaliis bus struxit. Atq; hospitale duorū impluuiorum, quorum alterum seminarum alterum virorum est. Omnesq; aduenas pauperes ac peregrinos vnius duntaxat diei naturalis spaciū cōmorari, ac eisdem alio profecturis ex prefecti hospitalis sententia viaticum erogari iussit. Pontem rursus iuxta dictum municipium erexit geminis turribus validissimisq; munitum ab ipso quidem autore archiepiscopalem nuncupatum, a quo oppidum etiā ipsum pōs Archiepiscopi appellatur. Porro tria castra ecclesie Toletane scilicet Canales, Alhamin, Almonazir, que iussu regis D. Petri diruta fuerunt, instaurauit. Nec vero histantum acquieuit, quin castellum etiam militissimum iuxta oppidum quod Alcala regia nuncupatur, in confinibus regni Granarie struxit: ut illud captiui Christiani, qui manus Sarracenorum euasiissent, in protectionē suffugiumq; haberet. Inq; sublimi eius turri mirande magnitudinis olei lampadem collocauit, cuius lux et splendor tres circiter leucas

fulgebat, ne illuc confugientes dispendium
vllum erroremve paterentur. Vir profecto
sanctissimus, & qui vite huius dubie illece-
bras contemnens, ad perpetuam se toto ani-
mo parare videretur. Cæterum hisce paucis
ex ihs, que ille inclite gessit, prelibatis, ad in-
ceptū nostrum reuertamur. Hic ergo absol-
uitur sacellorum numerus, nam prout nobis
institutum fuit, ab erario sacro exordiī sum-
mere, ac deinceps per gyrum procedere; ad
hanc partem tandem deuentum est; qua nimi-
rum facella clauduntur; ubi mihi gratulari li-
bet; q: quemadmodum in prælijs contingit;
vt extrenii quicq: in fine collocētur; ita etiam
in presentia obuenerit / vt ultimam manum
ecclesiæ adponenti hoc, D. Petri Thenorij sa-
cellum occurrerit; quod multis nominibus
celebrari dignum existit.

DE NUMERO BENEFICIATORVM
Cap. lxj.

Est ergo numerus omnium beneficiator
rum, ne fortelector in illis recensendis di-

storqueatūr: si vellit modo a choro & deinde per singula facella enumerationem facere; quadringenti quadraginta quatuor, ubi lector attendas; obsecro, totam hanc multitudinem quaternario numero (eoque triplici) ab solui: qui nimirū in Pythagorica doctrina augustissimus & sacrosanctus erat. Ordinem hic singulorum apponere placuit, etiam si postea in libelli fine versibus quibusdam, (ut memoria facilius teneas) complectendum curabimus, ne sit quod de nobis conqueri possis in omnibus tibi non satisfactum esse.

Archiepiscopus primas Hispaniarum.

Quatuordecim dignitates.

Canonici prebendati quadraginta.

Quinquaginta portionarij.

Viginti canonici extrauagantes.

Capellani de choro nūcupati quadraginta octo;

Triginta septem sacerdotes stipendiarij,

qui horis solum nocturnis sunt deputati.

**Clericuli quadraginta; ex quibus sunt sexele
cti musicæ.**

**Capellani capellarū cū aliquot sacristis & cle
ritizellis centum nonaginta quatuor.**

Quorum numerum nulla nunc ecclesia præter Toletanam reddere poterit, licet olim tēplum Constantinopolitanum plures beneficiarios contineret, vt leg. nō plures de sacros. eccles. C. quod felicissimo tempore tuo princeps augustissime in pristinum statum restituendum speramus.

CDE VLTIMA CLAVSTRI Descriptione.

Cap. lxil.

OMNES claustrī parietes picturis diuorū absolutissimis vndiq; ornātur. Quas si quis studiose lustrauerit, nempe Apellem ibi penicillū satis graphice exercuisse agnoscat. Et quoniam has ad vnguem imagines, & earum primitiorum historias paruo nequaq; tempore aut breui expositione, sed libro & eo ampio explicare & prosequi deberem, quod a me in presentia p̄sistari non potest, nonnullas tantum veluti ex trāscursu a particularibus abstinenſ ibi depictas enarrabo. Sed quia opus hoc describi impeditum est; et claritatis non ita capax, operę precium erit prescire, claustrum de quo agitur, quatuor

habere

habere absides; quæ quadrangulum consti-
tuunt, septenos fornices sortientes; qui per in-
de suum parietem velut in septem diuidunt
spatia ternas ut plurimum historias continen-
tia. Atq; vt ab exordio ordinem picturę opti-
mum (in q̄ coniūcio magna laterem mysteria) in-
scribendo seruemus. Supra ianuam capellæ
domini Petri Thenorij prælium depictū est;
quo Michael archāgel⁹ & angeli eius prelia-
batur cum dracone; qui cum angelis suis per
superbiam corruens angelicum numerū mi-
nuit. In prima vero parte parietis orientalis:
iuxta supradictam historiam alię tres visunt;
prima est formatio primorum parentum; nā
cum angelorum reparatiōni consuleret omni
potens deus (quorum decimus ordo de cœlo
deciderat vt in. c. H̄i duo de cōs. dist. I. īdecre-
tis) proplastum de limo terræ formatū, qui
sui generis propagatione damna cœlestis pa-
triae resarciret; secunda & media est; vtī primi
parentes fructum prohibitum degustant sug-
gerente colubro os & caput fæmineum des-
monstrante: tertia est depulsio eorundem per
angelum de paradiſo. In secūda parte tres iti-
de historię pictæ habentur; prima quomodo

q

postque Iоachin prohibitus fuit offerre in tem-
plo verecundia confusus ad pastores suos lо-
ge abiit, eique apparuit angelus, ac iussit im-
perante domino, vt ad Anam vxorem suam
reuerteretur ex ipso germen habituram. Ter-
tia quomodo sancte Ana deum oranti; vt ma-
ritum suum sibi restitui dignaretur, angelus
identidem dei iussu nunciauit redditum Ioa-
chin, virginemque sacratissimam Mariam
ex ipsa naescitura. Media et precipua est; quo-
modo Iоachin & sancta Ana se se ad portam
ciuitatis inuicem conspiciendo perfusi gaudio
amplectuntur. Tertia pars habet duas tantum
historias, altera est quomodo sancta Ana pe-
perit virginem dei matrem, altera; quomodo
virgo ipsa beatissima quindecim scalarum gra-
dibus ad templum ascendit, & a lateribus ad
sunt duo prophetae. Quarta habet vnicam hi-
storiam, hoc est aduentum Gabrielis ad san-
ctissime incarnationis mysterium salutantis
virginem gloriosam, & spiritum sanctum a
patre supremo demissum, iuxta verbum ar-
changeli. Spiritus sanctus superueniet in te.
Quinta itidem vnicam obtinet historiam:
scilicet iter virginis sanctissimae tribus co-

mitate virtutibus in habitu & figura virginis
 per montana Iudeę, utq; intrat domum Zas-
 chariæ, hic gloriosissima Maria & beata Eli-
 sabet summa humilitate se inuicem salutant: tu
 dextra ac sinistra adsunt duo prophetæ. In sex-
 ta parte habetur fœlicissimum assertoris no-
 stri natale, multis angelis tam in aere q; apud
 infantem astibus, ac beatissima mater & Io-
 seph flexis genibus Iesū adorant: et duo itidē
 vtrinq; prophetæ. Septima & ultima pars hu-
 ius absidis supra posticum capellę diui Petri;
 iuxta ianuam, qua ex claustro in ecclesiam
 quatuor gradibus descendimus aduentus re-
 gum Magorum, & adoratio visitur.

CSecunda absis meridionalis ecclesiæ ambu-
 lationi contigua vacat historijs, ne lux quæ
 per claustrum ad ecclesiam transmititur: qua
 illustratur sacella: impediatur. Ultima tamen
 pars eius absidis ad claustri posticum, quo in
 viam publicam fitur; depingitur oblatione
 sanctissime virginis, cum obtulit filium Ies-
 sum in templo & iusti Symeonis tradidit ma-
 nibus. cui subsunt archiepiscopus et chori be-
 neficiariorum. Huic deinde picturæ subest tribus
 na, unde vicarius urbis ius dicere solitus erat.

q ij

Terti⁹ apsidis paries viæ publice contiguus
propter septem fornices septem pariter diuisi-
onibus secatur. In quarum prima sunt tres
historiæ; ad leuā uti virgo beatissima orās ha-
bet filium Iesum sinu souens & angelus apa-
parens Ioseph monet illum, ducat matrem
ipsam & sanctissimum filium in Aegyptum;
media & precipua est, quomodo virgo pre-
ciosissima & beat⁹ Ioseph cū infante in Aegy-
ptum tēdunt. Tertia est eorum ingressio; quā-
do oīa idola Aegypti corruerunt. Insecun-
da sunt item historiæ tres. Prima, occisio in-
fantium innocentium Secunda; vbi redemptor
noster suę ætatis iam duodecimū agens annū
disputabat in templo inter doctores, & quo-
modo sua mater & Ioseph solicii templum
ingrediuntur; cum ipsa dixit, Fili quid fecisti
nobis sic. Tertia, quomodo Jesus intrat flu-
uium Iordan atq; a diuino Ioanne baptizatur,
sequēs diuisio continet totidem historias: pri-
ma est dœmonis imago seruatorem nostrū té-
tantis: secunda transfiguratio domini nostri
in monte Thabor cum tribus discipulis; Moi-
se & Helia astantibus: tertia est assertoris no-
stri imago diuum Lazarum exuscitantis e.

monumento. In quarta parte depictum est, quomodo dominus noster ingreditur Hierusalem affectibus discipulis; et susceptio sibi facta; prope autem hanc historiam videre est imaginem redemptoris nostri de templo negotiatores ejcentis. Quinta diuisio tres continet historias. Prima est ablutio pedum apostolorum ab eorum principe Iesu facta: secunda est cena domini cum discipulis: tertia oratio facta a Christo benedictissimo in hortis. Sexta totidem sortitur historias, prima ut dominus noster columnam alligatus est, & carnifex sanctissimum corpus verberibus afficiunt. Secunda media & maxima est, quomodo redemptor noster stat coram Pilato sententiam pronunciante, contra iudicem de nobis sententiā latum. Tertia est quomodo Christus dominus noster crucem humeris baiulat. In septima & ultima parte unica depicta est historia, scilicet dominus noster in cruce pendens inter duos latrones & alios permultos perfidos & sceleratos homines quamuis non deficiunt aliqui religiosi & optimi, scilicet mater eius curis ingentibus & gressu, beatus Ioannes & Maria Magdalena cum alijs quibusdam huiusmodi. Sequit

q. ij

itur iam quartę ac supremę absidis historię
enarrandę; quę quidem finiuntur ad capellā
D.P. Tenorij. vnde huius claustrī descriptio
initium accepit. In prima igitur huius absidis
diuisione tres habentur historię: prima ut sa-
cratissimum Christi corpus de cruce detra-
ctum repositum fuit in gremio mœstissime
virginis matris. Secūda ac media est; quomo-
do anima sacratissima Christi cum inefabili
diuinitate sanctos patres in limbo visitauit.
Tertia ut Christi corpus reponitur in monu-
mento. In secunda totidem continentur histo-
rię: prima, ut seruator noster apparuit Ma-
rię Magdalenę in hortis olitoris habitu. Secū-
da ut assertor ipc̄ armatis obseßus custodib⁹
prodijt e sepulchro. In tertia ostenditur qua-
forma dominus noster videntibus discipulis
ad cœlos ascendit cum angelis permultis, qui
bus tota hęc pars plena conspicit. In quarta
depictus erat aduentus spiritus sancti in die pē-
thecostes sed parietis vligine maxima ex par-
te incrustatio dissipata est. Quinta habet assū-
ptionę virginis glorioſissimę apostolis astati-
b⁹. In sexta cernitur supremū iudicis; quo do-
minus noster veniet cū maiestate & potestate

maxima; & beatissima Maria nřm omniū stu
 diosissima patrona a dextris eius, ac discipuli
 hinc inde sedentes: paulo dein inferius stant
 ad dextram beati albis velaminibus amicti,
 ad sinistram vero cōdēnati apud inferū ibi
 dem horribiliter figuratū. Septima ac postre
 ma huius absidis diuīsio, quę est supralimina
 facelli. D.P. Tenorij delinitur vnica historia
 s. lapsu angelorū damnatorum. veluti in ipso
 historiarū exordio explicauimus. Sciendū in
 sup, q̄ infra historias & figuras supradictas,
 multe sanctorum imagines, agri pascui ac cō
 sīri, ville, mare, montes, lacus, fluētia, rupes,
 planities, nemora, valles, arbores, prata; her
 be; aues; flumina, & alia huiusmodi plurima
 perquā graphice depicta cōspiciunt; quib⁹ si
 mul et historijs tā veteris q̄ noui testamēti q̄s
 adhuc significauimus nullibi nō ornati parie
 tes spectatores rerū amoēnitate & copia deti
 nēt meritissime. Prēterea intra parietē septen
 trionalē altare visit superpositis tabulis pictis
 craticulisq̄ ferreis, necnō ligneis clausū posti
 b⁹ a qđā Alphōso Gūdīsaluo de castellanos,
 hui⁹ vrbis tribuno plebis sub inuocatiōe b̄t̄
Alphōsi anno dñi. 1420. erectum; a quo aram
 q̄ iij

ipsam delos castellanos vulgus appellat insti-
tuto sacellano rem ibi diuinā quorūdīe factū
ro in cuius stipendium edes quasdam in hac
vrbe iuxta viam publicam sandaliorum reli-
quit. Quę postea in tumultu quodam ciuili,
solo æquatę fuerunt. Huius autē posteri sub
quorum patrocinio dictum opus cōstituerat
ne omnino memoria periret aream ediū au-
ctioni exposuerunt. Vnde omnibus diebus
veneris in quadragesima missam vnicam cele-
brare faciunt. Q uibus etiam si quid ibi colla-
psum fuerit instaurandi reficiendiq; cura in-
tuncta est. Iuxta quam aram in angulo ad oc-
cidentalem pene plagam vergente , ligneum
pulpitum parieti affixum cōpicitur vbi qua-
dragesimali tempore prēter conciones pluri-
mas quę in alijs templi partibus fiunt diuo-
rum Dominici; Frācisci; & Augustini assecle
concionantur. Non lōgo abhinc tractū in pa-
riete occidentali se offert ianua quedam par-
iula qua aperitur ingēs camera subterranea
sub via publica fabrefacta instrumentis lapi-
cidarum fabrorumq; lignariorum asseruan-
dis artificib⁹q; ibi (si lubet) nocte excipiēdis
deputata. Porro in meridionali pariete iuxta

posticum; quo in viam publicam itur supra dictam vicarij vrbis sedem iudicialem nec non infra beneficiorum effigies solenne est epitaphium huiusmodi,

Lunes tres dias de Hebrero año de mil y quinientos y reynte y dos dia de sant Blas por los meritos dela sacratissima virgen nuestra señora el dean y cabildo con todo el clero desta sancta yglesia y caualleros y buenos ciudadanos cõ mano armada juntamente con el arcebispõ de Barri que ala sazon tenia la justicia vencieron a todos los que con color de comunidad tenian la ciudad tiranizada. Y pluo a dios que ansí se biziesse en recompensa delas muchas injurias que a esta sancta yglesia y a sus ministros auian hecho y fue esta diuina victoria causa dela total pacificacion desta ciudad y de todo el reyno en la qual con mucha lealtad por manos delos dichos señores fue servido dios y la virgen nuestra señora y la magestad del emperador don Carlos semper Augusto rey nuestro señor.

Insuper et de editioribus edificij partibus aliquid dicam scilicet ingentes ad septentrionem, iuxta domini Petri Tenorijs sacellum sitae sunt; partim nouenis, partim senis, & his breuibus in quadrangulum erector lapideis gradibus;

q v

donec ad sumum perueniatur, in quaerū tractu
tres patent cellule, vna oleo pro omnibus tē-
pli lampadibus numero triginta, preter eas,
quę in sacellis alluent. Alię vero due alijs ec-
clesię ministerijs destinate. Iis enim scalis ascē-
dimus edificia magnifica tēpore domini Frā-
cisci Ximenez archiepiscopi Toletani extrus-
ta. Ad quę quoniam sigillatim enarranda,
plusq; par est temporis, exquireretur. Iccirco
obiter sat erit dixisse, nostra hac tēpestate pre-
suli esse hospicio, suisq; famulis & familiaris-
bus, necnon clauigero, alijsq; ecclesię opifici-
bus. Atq; ad occidentem quasdā coclides sca-
las habere, quibus in virides hortos in medio
huius claustrī positos, herbis pomisq; odori-
feris vernantes, secreto descendimus, multis
quippe malis citreis, myrtis, lauro, alijsq; id
genus abundantes. Postremo in huius clau-
stri angulo edi sancti Petri contiguo, sunt au-
le magnifice super primam absidem fabrefas-
cte: ex cui⁹ absidis fornice proiectum menia-
num pulchre elaboratum in secundam protē-
ditur: quod dominus Franciscus Ximenez
archiepiscopus (vt ferē) struxit ut ex eo Chri-
stianissima regina Elisabet, tuę celsitudinis

proavia rem diuinam audire alij sc̄p diuinis my
sterijs interesse posset; inde enim pr̄cipuum
huius templi altare adorare datur.

CDE EXTERIORI TURRIS DESCRI
ptione Cap. lxiii.

TNextrema templi parte, quæ occidentem
respicit duæ surgunt turre, e quibus al-
tera imperfecta remansit; altera vero quadra-
ta seu maiis octogona excelsior & elegātior
cernitur; cui⁹ admiranda altitudo nubes trās-
cēdere vīdetur: ad eā q̄z merito silere possunt
Aegyptiæ pyramides Alexandrina Pharos,
Rhodiorumq; collossus. Turris hæc ex lapis
de fusco & duriori & elegantiori constructa
vniuersis Hispaniæ templorum turribus (qd
publico omnium ore circūfertur) speciosior
& sublimior, plana ad primam fasciam nihil
exterius sculptum habet; inde vero usq; ad fe-
nestras, vbi cymbala pendent, multis lapi-
deis fascijs circundatur: multa ibi expolita
atque impense fabrefacta videre operæpre-
cium est: maxime secundum limbum (nam
quinque præserum Zonis (vt sic dicam)

admirandi operis hęc moles p̄eclngitūr) ex
nigro lapide columellis suo ordine interposi-
tis mirifice elaboratum; in quo paribus inter-
se spat̄is distantia cuiusdam p̄esulīs insignia
ex lapide albo affixa tessellisq; hinc inde cir-
cundata prospiciuntur. At tertī⁹ limbus tessel-
lis cęruleis pari interuallo dispositis decora-
tus, pulchram turrim pulchriorē visuq; amoe-
niorem reddit: quę sigilla sub paruis fornici-
bus mire elaboratis in ipso structuræ lapide
adjacent. In quarta fascia plurima hominum
capita ex lapide albo prominent: quæ paruu-
lis quibusdam pilis distincta procul intueri
videntur. Paulo superius ingentes pro cym-
balis fenestrae clatrate apparent, in quauis frō
te binę: quarum inter utrācę humanam sta-
tuam cernimus ex lapide etiam albo fabrefas-
ctam ita ut in singulis tetrantibus singulę ho-
minum effigies conspiciantur. Supra has fene-
stras visitur quinta corona; cui innititur am-
bulacrum turrim quacuncq; circuens; supra
quod in cuiuslibet frontis medio (vnica dem-
pta) noua turricula surgit; cum pinaculo mes-
diolanensi bractea munito; cruce auro delini-
ta desuper imposita; & hic quadrangularis

pars secunda finitur. Sequitur inde tertium & ultimum turris opificium rotundę formę augs̄tius & elegantius, in octo nimirum pilas artificiose assurgens: quibus totidem capreolis iunguntur fortioris muniminis gratia: ubi & quatuor pergrandes pinne triangulare formę turri ipsi potius elegantię q̄ munitioni erigūtur. Inq̄ octo pilarum summo plenam elegantiarum, atq̄ artificij coronidem inspicimus. Supra quam tholus fastigiatus in modum pyramidis absolutus cōlum tangeret videtur. Cuius fastigio crux ferrea ingentis magnitudinis super imposita est: quae cum ex inferiori solo suspicitur ob turris profunditatem exigua quidem, sed proprius cernentib⁹ mirę profecto & ipsa altitudinis cēsetur.

DE INTERIORI TVRRIS DESCRIPTIO ptione & cymbalorum nominibus. Cap. lxiiiij.

His iam quę de exteriori turri dicēda censui; ut cunctę patefactis; ad interius latēria reuertamur. Ijs igitur; quae modo referenda sunt, aditus est, qui in ipso statim turris calce se se offert, ab ecclesię pavimento septē

gradibus æditior, post ligneo ferreis munitione
to laminis obturatus: a quo usque ad turris fastigium. 284. gradus scala coelea ascendit.
Ad. 83. gradum ianua parua posita a censum
prepedicit. Ad huius ostioli dextram tribus gradibus superius carcer ligneis foribus ferro cęlati clausus, in ipsius turris velut thorace
positus, quasi inexpugnabilis locatur. Quatuor fenestra eximiaæ altitudinis (quilibet in
suo pariete a pavimento proceri hominis statuta sublimior existens) ipsum carcerem illuminant. iuxta quas in parietum crastitudine iudicis ecclesiastici imperio deprehensi lectos sternere consueuerunt: quippe turris spaciū cum sit. 40. pedū (nam cum formam quadram hæc turris habeat, equalis ab omni parte metentibus appareat) viginti cauum, & totidem lata parietum crastudo sibi vendicat.
Huic altera cella superstet quindecim gradibus sublimior, que a predictis itidem fenestratis illuc usque longis illustratur. In eiusque angulo septentrionem pene respicienti cisterna quædam: in orientali vero parte horreum ligneum ad esum potumque custodum pro turris maiori munimine conspicuntur. Aqua

enim frumentumque ad munitionem queq;
 ad victum pertinent non minus q; arma sunt
 necessaria. Mox e ianua illa secunda trames
 angustus meridiem versus aliquantulum pro-
 tenditur. Ad cuins sinistram non longe post
 ianuam turri contiguum domicilium est pre-
 sidi turris destinatum, domus omnino inter-
 gra, cenaculum, cubiculum, coquinam, au-
 lam venustiorem hospitandi gratia, aliaque
 receptacula ad supelectilia asseruanda con-
 tinens. Aduersus huius domicilij aditum,
 menianum ligneum ad portæ illius, quam di-
 ximus Dela terre, dextram superimposi-
 tum imminet: ex quo turris præfectus pa-
 nem, vinum, carnes, aliaque victui neces-
 saria per restim & trocleam accipit. Inde in
 tramitis extremo scalæ cocleæ iterum offe-
 runtur triginta tres utiq; gradus adimplen-
 tes: que solida camera exterius pyramida-
 li ex lapide albo sexque pilis imposita ope-
 riuntur. Ad quarum dextram solaria ma-
 gna quo longiora eo angustiora super por-
 tas indulgentie & Tabellionum sita, ad Mo-
 zarabum facelli pinaculum perducunt.

Eregione scalarum inuenitur ianua quedam
paruula, qua totius ecclesiæ edificia conuexa
inexplicabilem sane labyrintum circum am-
bire datur. Continuo in ipso turris imo ascen-
sus patet, qui ligneis valuis ferro exterius ro-
boratis munitur. Hinc ad decimum quintum
gradum carcer alius se offert munitissimus,
ac supra illum, de quo paulo ante diximus,
existens ostio ferreo obturatur: ob suumque
munimē Camerę fortis vulgo nomen ei indi-
cum est. Ad vigesimum octauum gradū adia-
cet solum opere fornicato superius opertum;
vbi octo magni ponderis cymbala pendent;
funibusq; perticis axium alligatis hinc inde
obuoluuntur. Eorum nomina sunt, primi as-
cendentibus ad dextram in pariete orientali
se offerentis sancta Leocadia: deinde in septē
trionali pariete due sunt campanę: prima Ins-
carnatio Christi: secunda Calderona vulgo
nūcupatę. Mox sequitur occidentalis paries
duas alias continens: prima quidem ditii Al-
phonsi: altera vero Resurrectionis domini ti-
tulo decorātur. In pariete deniq; meridiona-
li duo alia cymbala sunt: alterum sanctus Eu-
genius, alterum vero Dominica Ascensio
appellatur.

appellatur. Inç horum medio cymbalum in
gens cetera longe sua ponderositate præcelēs
positum est, cui nomen inditur Cananea, li-
gneoque artificio innitens: propter admirans
dam eius magnitudinem crepitaculo duntas
xat moto pulsatur. Quadraginta insup ascen-
sis gradibus erigit tertia & ultima turris pars
quam rotundæ formę esse diximus, duo sumi-
mi pōderis cymbala in medio prorsus existē-
tia continens: alterum, quod nominatur san-
cta Maria a niuibus, altero, cui nomen Fon-
seca, vlna celsus: quę ligneo artificio inniten-
tia, ob ingens ipsorum pōdus moueri nequeūt;
nec si possent liceret ne turris ipsorum pon-
dere grauata ruinam minaretur, sed crepitac-
culo agitato ipsa immobilia personant. Quæ
omnia cymbala adeo compositos mira qua-
dam disimilium sonituum moderatione (ve-
luti ex summis & medijs & infimis vocibus)
sonores offerunt, ut huic armonię omnes cu-
suis alterius templi cymbalorum concer-
tus per totum orbem cedant. Hinc ad octo-
gesimum quintum gradum tholus est, quem
in pyramidem fastigiatum esse diximus: qui
deum exteriori interioriqz turri finem im-

ponens adeo se cunctis spectabilem præberet;
ut turri decori & tegumento sit.

CDE PALATIIS ARCHIEPISCOPALIBUS & aula conciliorum appellata. Cap. lxy,

TN circuitu templi omnes domus ecclesiæ
salaria pendunt: in quibus describendis nō
visum est tempus consumere. Sed omittenda
non sunt præsulum palatia, amplissima qui-
dem; prisco tamen modo structa: quinq; enim
impluuiā continēt, facellum insuper egregiū
intemerat evirgini dicatū, cum claustrō mul-
tis expollitis colūmellis suffulto. Quæ quidē
palatia non mediocrem venerationem meren-
tur; siquidem & in eis sacrosancte synodi cele-
brari consueuerunt, & preterea construcio
instar pōtis ambulacro ecclesie ipsi iungūtur,
ac veluti pars ipsius efficiuntur. In eis etiam
tribunal metropolitanum non exigui nomi-
nis & autoritatis, nimirum cum primum in
hispanijs teneat locum; continetur. Hic etiam
non silentio prætermittendū opus; quod instie-

tutione bonę memorię Ioānis patriarche archipresulis Toletani triginta pauperū ibi quo
 tidie prandentiū exerceatur: eorumq; mensam
 canonicus hebdomadarius absoluto missę sa
 crificio benedicere, panē vinumq; , an victui
 cōmoda sint aspicere tenetur. Insignitur præ
 terea domus hęc archiepiscopalıs illustri qua
 dam & spaciofa aula mira venustate fabrefacta.
 Etia: vbi dictę sacroſanctę synodi peraguntur:
 ac forsam Toletana etiā cōcilia celebrata sūt:
 vt vulgaris ciuium sermo ad nostram usque
 ætatem conseruatus innuit: ac titulus deinde
 de ipsius aulæ iuxta laquearia parietibus circ
 cumscriptus indicare videtur: nec enim temea
 re maiores nostros titulum ibi adponendum
 curasse credere fas est: qui ex. 5. quest. 4. desū
 ptus ita se habet. In loco benedictionis confedera
 tes domini sacerdotes nullis debent aut indiscretis
 vocib; perstrepare, aut quibuslibet tumultibus
 perturbare, nullis etiam vanis fabulis vel risibus
 agi: & quod est deterius obſtinatis disceptationis
 bus tumultuosas voces iffundere. Si quis enim (vt
 apostolus ait) putat se esse religiosum, non refrenās
 lingua sed seduces cor suū, huius vana est religio. illud
 vero, qd in aliquib; cōcilijs sic scriptū repies,

in ecclesia sanctæ Mariæ semper virginis: aut
in ecclesia sancte Leocadiæ siue in ecclesia sā
ctorum apostolorum Petri & Pauli: ita pote
rit inteligi, quasi in illis sacris edibus eorum
conciliorum materię propositę fuerint, tracta
tę vero forsan in hac aula, quam de conciliis
nuncupant. Habebatur etiam in eadem aula
singulis annis in die cēnæ dominice latīna cō
cio, pariter & manū ablutio beneficiariorū
per præsulem siue eo absente per duos ex ses
nioribus ecclesię: quę tamē ab hinc vēgesimo
sextō anno ad capitulum, vbi hoc tempore ca
nonici congregantur, translate sunt

DE CONCILIIS TOLETANIS.

Cap. lxvij.

ET quoniam Toletana concilia alijs qui
buslibet celebriora existimantur (vt ex
volumine decretorum elicitur; in quo cētum
decem capitula enucleata ex illis apparent) di
gnum duxi ea suo ordine cum rege, sub quo
fuerint celebrata, enumerare. Sunt igitur se
cundum D. Rodericum archiepiscopum &
Didacum de Valera in hispaniarum historijs

Septendecim, tametsi in conciliorum tomis
tredecim tantum collecta videamus.

Primum concilium Toletanum. xix. episcopo-
rum habitum est circa tempora Anastasi pape,
Honorio & Arcadio romanum imperiū
tenentibus, septimo idus Septembris, Stilico-
ne consule. Qui anno domini. ccccxx. alias
etiam anno. cccciij. consulatum gessisse tradit.
a Chronographis. Praesedit huic cōcilio Patro-
n⁹ Toletanę ecclesię Metropolitanus eps.

Secundum cōcillum Toletanum celebratum
est circa tempora Ioannis pape secundi; anno
quinto Amalrici regis, sub Montano archie-
piscopo Toletano.

Tertium concilium sexaginta duorum epis-
coporum tempore Pelagi pape, anno quarto
Recaredi regis; vbi Arriana H̄eresis dānata
est in Hispania; & Gottli ad catholicam fidē
conuersi. Huic concilio præsedisse Helladiū
Toletanum archiepiscopum reffert Roderi-
cus Toletanus. li. 2. ca. 15. suę historiæ. Verum
eius subscriptio in actis concilij nō reperitur,
sed Euphemij Toletanę ecclesię Metropolis-
tani episcopi prouintiæ Carpetanię: quem ta-
mē Euphemiū Roderic⁹ Tarraconēsem epm

r ij

facit, qui eidem concilio etiam interfuerit.
Quartum tempore Honorij pape primi, lxvij, episcoporum, anno tertio Sisenandi regis, in ecclesia sancte Leocadiæ virginis & martyris sub Iusto archiepiscopo Toletano. Huic concilio subscripsit sanctus Isidorus.

Quintum tempore eiusdem Honorij, xx, episcoporum, anno primo Chintillani regis, q alias Cintila dicitur, in eadem basilica Leocadiæ, sub Eugenio urbis regie primate.

Sextum, xxxvij, episcoporum tempore eiusdem Honorij pape, sexto idus Ianuarij, anno secundo eiusdem Chintillani seu Cintile regis, in pretorio Toletano in ecclesia sancte Leocadiæ, sub Eugenio primate.

Septimum, xxxvii, episcoporum alias, xl, circa tempora Theodori pape vel Martini pri-
mi, anno quinto alias sexto Cindasundi regis, sub Eugenio archiepiscopo Toletano.

Octauum, lij, episcoporum alias, lix, circa tempora Martini pape primi, anno quarto Recisundi regis, in basilica pretorien, sanctorum apostolorum Petri & Pauli, sub Eugenio primate.

Nonum, xvij, episcoporum circa tempora eiusdem Martini, anno septimo eiusdem Recisundi.

regis in basilica sancte Mariæ semper virginis
nisi, sub Eugenio primate.
Decimū. xvij. episcoporum alias. xxv. circa tēpora
eiusdē Martini papę anno octauo eius-
dem Recifundi, sub Eugenio archiepiscopo
Toletano. Notandum vero duos hoc tempo-
re Eugenios ecclesię Toletanę archiepisco-
pos fuisse; alterum alterius immediatum suc-
cessorem. Ita sex concilia predicta, quæ sub
Eugenio habita dicuntur; non sub eodem sed
sub duobus habita sunt.

Vndecimū episcoporum. xvj. circa tēpora Vi-
talliani papę anno q̄rto Vābani regis, in b̄e
matris dñi Marię virginis sede, sub Quirico
archiepo immedio sancti Alphōsi successore.
Duodecimū episcoporum. xxxv. tēpore Aga-
thonis papę vel Leonis papę secūdi; āno pri-
mo Eringij regis, in basilica sanctorū aposto-
lorū, sub sancto Iuliano urbis regie primate;
qui corrupte subscriptur Iulius.

Tredecimum. xlviij. episcoporum circa eadē
tempora; anno quarto eiusdem Eringij regis:
in basilica sanctorū apostolorū Petri & Pauli
sub eodē Iuliano archiepo. Atq̄ hęc sunt tre-
decim concilia Toletana, que in vulgatis con-

tiliorum codicibus continentur. Preter quae
traduntur a Roderico Toletano & alijs qua-
tuor alia concilia, videlicet.
Quartum decimum concilium xvij episcoporum
habitum anno quinto eiusdem Etingi
regis sub eodem Juliano primate.
Quintūdecimū lxj episcoporum āno primo
Egice regis in ecclesia prætoriensī sanctorum
apostolorū Petri & pauli; sub eodē Julianō;
Decimum sextum conciliū āno sexto eiusdē
Egice regis, sub Felice vrbis regie primate.
Decimum septimū concilium celebratū suis
anno septimo eiusdē Egice regis in ecclīa san-
cte Leocadiæ; ubi sanctū ei⁹ corp⁹ quiescebat; i
suburbio Toletano; sub eodē Felice primate;
Hæc sunt, xvij. Toletana concilia. quib⁹ refre-
rendis minime visum est annum nativitatis
Christi seu eræ Cesaris, in q̄ fuit vñquodq̄
illorum celebratum adscribere ob codicū va-
rietatem; quam vitio scriptorum, qui in nume-
rōrum designatione facile labuntur, accidisse
constat. Vnde in posteriore editione libri cō-
ciliorū annorū huiusmodi annotatio, quæ in
priore editione habebatur, sublata est.
Vt inam serenissime princeps concilia conuen-

fuscis ecclesiastici more antiquo (vti canones
 disponuntur. 18. dist.) frequentarentur. Vigilan-
 tibus enim prelatis non tot hereses hinc inde
 pullularent. Nam si Arrius eiusque sectatores
 confessim oppressi essent; nequaquam eorum vi-
 rus magnam orbis partem infecisset. Idemque
 delutheranis dici potuit; quorum heresis pau-
 latim adeo irrepserat, vt iam non publicis mo-
 do discepcionibus sed armis etiam incredibili-
 li obstinatione defenderetur. Multa præte-
 rea cōmoda proueniret morum cohiberetur
 dissolutio, vitia non tam late paterent immo-
 dica rerum cupiditas intra proprios fines re-
 primeretur. Annuentem tamen diuina benigni-
 tate speramus, vt patrum Tridenti congrega-
 torum solertia tantis morbis debita medella
 salubriter adhibetur. Precipue cum genitor
 tuę celsitudinis imperator noster felicissimus
 summa religione animum indefessum in hoc
 dirigat. Cui re vera non incongrue hæc pos-
 sunt adaptari carmina.
 Cum fidem Christi premerent procellę
 Et Petri nauis cateretur vndis
 Cura Caroli retinet cadentem
 Religionem.

CONSTITUTIONE OFFICIALIBVS TAM CAPITV
li quam fabrice huius alia ecclesiæ. C. p. lxxvij.

Sed quoniam ad optatū finē huius nostri
Slaboris, serenissime princeps, iam ventum
est; viſum fuit etiā nomina officialium & offi-
ciorum tam capituli quā fabricę; que magnifi-
centiam, amplitudinem, & liberalitatem, iuxta
& opulentiam huius sancti templi nobis de-
monstrant & manifestāt ad calcem huius ope-
ris ponere. Est tamen aduertendum, q̄ officia
les capituli & fabricę, si multi sunt & si diuer-
sis nominibus nuncupētur, eo tamen sunt or-
dine compositi, vt soluta oratione vnius cu-
iusq; nomen facile & officium intelligatur. In
ter hos autem locum primum obtinet duo vi-
sitatores beneficiariorum ecclesię, propterea
q̄ ad mores componendos sunt deputati; vel
ex eo q̄ morborum anime p̄cipue curā ha-
bent. Sunt & alijs duo, quibus visitandi sacrū
erarium quolibet anno onus incumbit. Duo
etiam iconomi vnoquoq; anno deputantur.
Aediles item duo. Quatuor qui rationibus
presunt. Duo visitatores puerorum ad serui-
tium chori & ecclesię deputatorum, qui vul-

goclerizones dicuntur. Duo visitatores possent
 sionem ecclesie. Et duo hospitalis sancte crucis
 per predictum cardinalē Petru Gudisaluū Mē
 dociū fundati. Duo etiam collegij sancte Ca
 tharinę per D. Frāciscum Aluarez a Toleto
 huius ecclesię scholasticū & canonicū fundati
 de quo meminimus superius cap. de chorobe
 neficiariorū; duo vero hospitalis del Nūcio
 vulgariter dicti; in q̄ mēte capti numero. 33.
 una cū trēdecī senib⁹; qui aliquādo extra ino
 piā vixerit & ad ultimū ab eadē cōpressi sint,
 oīa ad vitę alimēta necessaria p̄cipiunt. Hoc
 instituit D. Franciscus Ortiz nūcius apostol
 licus & canonicus Toletanus. Itē alijs duo visi
 tatores hospitalis misericordię hui⁹ ciuitatis.
 Sunt & alijs duo ad visitationem capelle epipha
 nię, q̄ in ecclia parochiali sc̄tę Andreę hui⁹ ci
 uitatis sita est. Et vñ⁹ ali⁹ nominat p̄ visitatiōe
 ecclie sacramēti oppidi d' Torrijos. Est et distri
 butor eleemosynę panis; que q̄tidie ī claustro
 ecclie pauperib⁹ erogat. Ali⁹ etiā p̄est missis
 ī altari sc̄tę Marię del antigua dicēdis. Et dūo
 visitatores sunt; q̄ ab ipso missarū rationē expos
 cunt Vnus administrator capelle diuii Blasij.
 Ali⁹ capelle sc̄ti Petri. Ali⁹ capelle mozarab⁹

Alius capelle Ioannis de Sacedo. Alius etiam
deputatur pro administratione capellaniarū
per D. Petrum. G. de Mendoça cardinalem
& archiepiscopum Toletanum in eadem ec-
clesia institutarum. Duo administratores ele-
emosynæ D. Teresę de Haro , quę in sacello
eiusdem maritandis orbis virginibus quotan-
nis distribuitur. Duo item eleemosyne eiusdē
D. Teresę; quę ingenuis & honestis pauperi-
bus erogatur . Duo etiam administratores
eleemosyne Ioannis Lupi de Leon canonici
Toletani , quę in sacello eiusdem dotandis
pupillis virginibus dispensatur . Duo item
eleemosynę eiusdem Ioannis Lupi de Leon
ad comparandas vestes inter pauperes vi-
ros in eadem capella distribuendas.
Preter ministros superius memoratos eligun-
tur quot annis bini ex senioribus canonicis
eleemosynę illius administratores, quę ex in-
stitutione illustrissimi Alphonsi Fonsecæ ar-
chiepiscopi Toletani bo.me. maritādis orbis
virginibus deputata est . Donauit hic ponti-
fex dum viueret ecclesię suę capitulo annua
millia morapetitorum nostrorum quadrina-
gēta, idest ducatos aureos circiter mille sexa-

ginta septem in virginum honestarum pater
 na potissimum ope destitutarum dotes, annis
 singulis erogandos. Quo beneficio incredibil
 le dictu est quantopere succurratur popula
 rum virguncularum pudicitie: ne egestate
 atq; inopia cogantur fœmineum pudore rui
 piter prostituere. Nec hac solū parte pietatis
 opera hic presul exercuit. Nam & collegium
 scholarium amplissimum Iacobi Zebedei tiz
 tulo: adiuncto sacello frequentibus facellani
 celebri, vbi corpus ipsius cōditum est, magni
 fico tum edificio, tum censu Salmantice insi
 tuit. Eiusq; urbis (quod fuit illi natale solū)
 municipes omnes libero sex equo atq; immu
 nes constituit: comparatis donatisq; publice
 prouentibus annuis, vnde tributa regia per
 petuo pendantur. Apud Compostellam pre
 terea (cuius ecclesiæ Metropolitanæ pontifica
 tum aliquor annos gesserat) collegium aliud
 literarium priuilegio etiam studij generalis,
 variarumq; disciplinarū professione insigne,
 a fundamentis extructum, amplis prouenti
 bus locuplerauit; quo nationem illam inculta
 magna ex parte atq; horridam ad humanita
 tis ac literaturęculum inuitaret. Palatum ad

chiepiscopale Cōplutēse iñjurīa verutatis de
forme iā & lapsabundum , insumptis circiter
quadragies mille aureis ducatis non restituit
modo; sed in augustinē ampliorēq; formam
reuocauit. Arcē oppidi sancti Torquati faci-
norosorū clericorū horrēdo carcere nobilē in-
cēdio absumptam, in melius refecit. In ecclia
vero ipsa Toletana frequētes priscorū edifi-
ciorū deformitates corrigēdi, inq; his regiam
capellā nouorū regū ad locū; ubi nūc est, trās-
ferēdi autor fuit. Idē etiā tres illas maximas
(quæ occidētē respiciūt) ecclesię portas , q; b9
oli per plures grad⁹ in ipsam ecclesiā velut in
cryptā quādā tenebris osam descēdebat , effo-
so toto vestibulo; atq; ipsa etiā via publica lō-
go tractu dep̄ssa atq; cōplanata; in eā ; que nūc
cernit, formā cōponēdas curauit. Hic deniq;
est ille pōtifex , q; serenissimā Ysabellā Augu-
stā celsitudinī tue matrē , ex Portugallia ad
inlyti Cæsarīs parētis tui nuptias veniētē in-
credibili pompa atq; apparatu deduxit. Tēq;
postea recēs genitū lustralib⁹ aquis in xpo re
generauit: puerilicet atq; tuę nullo loco defuit
q; min⁹ illā dī obsequorū genere pseqrēt. Qd
sane vñ satis esse poterat; vt illa memoriam

hac digressiūcula vt cūq; celebrādā curarem?
 Nunc vero ad institutū nřni sermonē conuer-
 tam. Est ergo magister ceremoniarū. Magis-
 ter musicę. Subsequūtur deinde octo cātores;
 qui prēter singulas portiōes, q̄s in ecclia obti-
 nēt (quę autoritate apostolica sunt eisdē depu-
 tate) salary singulis annis percipiunt. Sunt et
 alij cantores numero in presentia duodecim,
 qui & si nō portiones stipēdia tñ vnuſquisq;
 pro meritis percipit. Sunt etiā duo succētores.
 Et alijs, qui in eorū absentia ipsorū vices ge-
 rit. Vnus, qui cātoribus libros apponit. Sunt
